tu es. Eleuauerūt flumina dñe: eleuaue
runt flumina vocē suā. Eleuauerūt flu
mina fluctus suos: a vocibus aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris mirabilis in
altis dñs. Testimonia tua credibilia fa
cta sunt nimis domū tuā decet scītudo do
mine in longitudinē dierum. Gloria pa
tri. an. Assumpta est maria in celum gau
dent angeli laudantes benedicūt dominū
an. Maria virgo. Psalmus.
Iubilate deo oīs terra: seruite dño in
leticia. Introite in ɔspectu eius in
exultatiōe. Scitote qm̄ dñs ipse est deus:
ipse fecit nos ⁊ nō ipsi nos. Populus eius ⁊
oues pascue eius itroite portas eius in ɔfessio
ne atria eius in hymnis ɔfitemini illi. Lau
date nomē eius qm̄ suauis est dñs ineternū
mīa eius: ⁊ usqꝫ in generatione ⁊ generatio
nē veritas eius. Gloria patri et filio et spi
ritui sancto. Sicut erat. an. Maria virgo
assūpta est ad ethereū thalamū in quo rex
regū stellato sedet solio. an. In odorē. ps.

Deus deus meus: ad te de luce vigi-
lo. Sitiuit in te aīa mea: ꝙ multi-
pliciter tibi caro mea. In terra deserta in
uia ⁊ inaquosa sic in sctō apparui tibi vt vi
derē virtutē tuā gloriā tuam. Qm̄ melior
est mīa tua sup vitas: labia mea laudabūt
te. Sic bn̄dicā te in vita mea: ⁊ in noīe tuo
leuabo manus meas. Sicut adipe ⁊ pin-
guedīe repleat̄ aīa mea ⁊ labiis exultatio
nis laudabit os meū. Sic memor fui tui
sup stratū meū in matutinis meditabor in
te: qr fuisti adiutor meus. Et in velamen
to alaꝝ tuarum exultabo adhesit aīa mea
post te me suscepit dextera tua. Ipsi ve-
ro inuanū quesierūt aīam meā introibunt
in inferiora terre tradētur in manus gla-
dii partes vulpium erūt. Rex vero letabi
tur in deo laudabunt̄ omnes q̄ iurāt in eo:
quia obstructum est os loquētium iniqua.
Deus misereat̄ nr̄i ⁊ bn̄dicat nobis il
luminet vultū suū sup nos ⁊ misereat̄
nr̄i. Ut cognoscamꝰ in terra viā tuā in oī
bus gentibus salutare tuū. Confiteant̄
tibi populi deus: cōfiteant̄ tibi populi oēs.
Letent̄ ⁊ exultēt gētes qm̄ iudicas popu
los in eq̄tate: ⁊ gētes in terra dirigis. Cō
fiteant̄ tibi populi deꝰ: cōfiteant̄ tibi popu
li oēs: terra dedit fructum suū. Benedicat
nos deus deꝰ nr̄: bn̄dicat nos deꝰ ⁊ metuāt

Par famine fais les au
tres destruire. dieu tout
puissant tant q̄ nōbrer
ouvire ipossible est brief
le fais tout mourir.

Nul nest q̄ peult de mō
dart contredire. ne resi
ster a si cruel martyre.
Pour lāguissans en ce
cas contredire.

En hierusalem vint grant
erre.

Vaspasien pour la n.etre
par terre.

eũ oẽs fines terre. Gloria pr̃i. añ. In odo
rem vnguentorũ tuorum currimus adole-
scẽtule dilexerũt te nimis. añ. Benedicta.

Canticum trium puerorum.

Benedicite oĩa opa dñi dño: laudate
⁊ superexaltate eũ in secula. Benedi
cite angeli dñi dño: bñdicite celi dño. Be-
nedicite aq̃ oẽs q̃ sup celos sunt dño: bñdici
te oẽs v̾tutes dñi dño. Bñdicite sol ⁊ luna
dño: bñdicite stelle celi dño. Bñdicite ym-
ber ⁊ ros dño: bñdicite oĩs spũs dei domino.
Bñdicite ignis ⁊ estꝰ dño: bñdicite frigꝰ ⁊
estas dño. Bñdicite rores ⁊ pruina dño: be
nedicite gelu ⁊ frigus dño. Bñdicite gla-
cies ⁊ niues dño: bñdicite noctes ⁊ dies do
mino. Bñdicite lux ⁊ tenebre dño: bñdici-
te fulgura ⁊ nubes dño. Benedicat terra
dñm: laudet ⁊ superexaltet eũ in scl̃a. Bñdi
cite montes ⁊ colles dño: bñdicite vniuersa
germinãtia in terra dño. Bñdicite fontes
dño: bñdicite maria ⁊ flumia dño. Bñdi-
cite cete ⁊ oĩa q̃ mouent̃ in aq̃s dño: bñdici
te oẽs volucres celi dño. Bñdicite oẽs be-
stie ⁊ pecora dño: benedicite filii hoĩm dño.
Bñdicat israel dñm: laudet et superexaltet
eũ in secula. Bñdicite sacerdotes dñi dño
bñdicite serui dñi dño. Bñdicite spũs ⁊ aĩe
iustoꝝ dño: benedicite scĩ ⁊ humiles corde
dño. Benedicite anania azaria misael do

mino : laudate et supexaltate eũ in secula.
Benedicamus patrẽ ⁊ filiũ cũ sancto spi-
titu: laudemus ⁊ supexaltemus eũ in secu
la. Benedictus es domine in firmamẽto
celi: ⁊ laudabilis ⁊ gloriosus ⁊ supexalta-
tus in secula. an. Benedicta filia tu a dño
quia per te fructum cõmunicauimus. an.
Pulchra es. Psalmus.
Laudate dñm de celis: laudate eũ in
excelsis. Laudate eum oẽs ange-
li eius: laudate eũ oẽs v̄tutes ei⁹. Lauda
te eũ sol ⁊ luna: laudate eũ oẽs stelle ⁊ lu-
men. Laudate eũ celi celorũ ⁊ aq̃ que sup
celos sunt laudẽt nomẽ dñi. Quia ipse di-
xit ⁊ facta sunt: ipse mãdauit ⁊ creata sunt
Statuit ea in eternũ ⁊ in seculũ seculi: pce
ptũ posuit ⁊ nõ pteribit. Laudate dñm de
terra tracones ⁊ oẽs abyssi. Ignis grãdo
nix glacies spũs pcellarũ: q faciunt v̄bũ
eius. Montes ⁊ oẽs colles ligna fructife-
ra ⁊ oẽs cedri. Bestie ⁊ vniuersa pecora ser
pentes ⁊ volucres pẽnate. Reges terre et
omnes populi principes ⁊ oẽs iudices ter-
re. Iuuenes ⁊ virgines senes cum iunio-
ribus laudent nomẽ domini: quia exalta-
tum est nomẽ eius solius. Confessio eius
sup celũ ⁊ terrã exaltauit cornu populi sui
Hymnus oĩbus sanctis eius filiis israel
populo appropinquanti sibi.

Mortalite ma bõe chã
briere. qui mains mili-
ers en faict coucher en
biere. Souuẽt en terre
par luy si est trãsmise.

Je la tiẽs chere cest ma
propre banniere. Mon
vray guidõ pour ten.r
la frõtiere. nat̃e humai
ne est a elle submise.

A grant armee luy et son
filz Tytus.

Deuãt le temple salomon
sont venus.

CAntate dño cãticũ nouũ: laus ei⁹ in ecclesia sctõꝝ. Letet̃ israel in eo qui fecit eũ ⁊ filie syõ exultẽt ĩ rege suo. Laudẽt nomẽ eius in choro in tympano ⁊ psalterio psallant ei. Quia bñplacitũ est dño in populo suo: et exaltauit mãsuetos in salutẽ. Exultabũt scti in gloria letabũtur in cubilib⁹ suis. Exultatiões dei in gutture eoꝝ: ⁊ gladiĩ ancipites in manib⁹ eoꝝ. Ad faciendã vindictã in nationib⁹: increpatiões in populis. Ad alligãdos reges eoꝝ in cõpedib⁹ ⁊ nobiles eorũ in manicis ferreis. Ut faciãt in eis iudiciũ ↄscriptũ: gloria hec est in omnibus sanctis eius.

LAudate dñm in sctis ei⁹: laudate eũ in firmamẽto virtutis ei⁹. Laudate eũ in v̓tutib⁹ eius: laudate eũ scdm multitudinẽ magnitudinis ei⁹. Laudate eum in sono tube: laudate eum in psalterio ⁊ cythara. Laudate eũ in tympano et choro: laudate eũ in chordis ⁊ organo. Laudate eũ in cymbalis bñsonãtib⁹: laudate eũ in cymbalis iubilatõis oĩs spũs laudet dñm. Gloria patri. ãn. Pulchra es et decora filia hierusalem terribilis vt castrorũ acies ordinata.

Capitulum.

VIderunt eam filie syon ⁊ beatissimã predicauerunt: ⁊ regine laudauerũt eam. Deo gratias.

Hymnus.

O Gloriosa dña excelsa supra sydera
q̇ te creauit ꝓuide lactasti sacro vbe-
re. Quod eua tristis abstulit tu reddis al
mo germine intrēt vt astra flebiles celi fe-
nestra facta es. Tu regis alti ianua ⁊ por
ta lucis fulgida vitā datā ꝑ virginē gētes
redēpte plaudite. Gloria tibi dñe q̇ natus
es de v̇gine cū patre ⁊ sctō spū in sempiter-
na secula. Amē. ℣. Benedicta tu in mulie-
ribus. ℟. Et benedictus fructus ventris
tui. añ. Beata dei genitrix.

Canticum zacharie.

Benedict⁹ dñs de⁹ israel: quia visita-
uit ⁊ fecit redēptionē plebis sue. Et
erexit cornu salutis nobis in domo dauid
pueri sui. Sicut locutus est ꝑ os sanctoꝝ
q̇ a seculo sunt ꝓphetaꝝ eius. Salutē ex
inimicis nostris: ⁊ de manu oīum q̇ oderūt
nos. Ad faciēdā miam cū patrib⁹ nostris
⁊ memorari testamēti sui sctī. Iusiuran-
dū qd̄ iurauit ad abrahā patrē nostrū: da-
turū se nobis. Vt sine timore de manu ini
micoꝝ nroꝝ: liberati seruiamus illi. In
sctitate ⁊ iusticia corā ipso oībus dieb⁹ nr̄is
Et tu puer propheta altissimi vocaberis:
preibis enī ante faciē dñi parare vias eius
Ad dandā sciētiā salutis plebi eius in re-
missionē peccatoꝝ eorū. Per viscera mīe
dei nostri: in q̇bus visitauit nos oriēs ex al

Par le moyen de ces
trois dures verges. De
mon royaulme et cha-
telainies ⁊ concierges.
pl⁹ cruel q̃ beste leonine

Je engloutis hommes
laitz lettrez vierges. Et
en leur mais fais tenir
plusieurs cierges Par
guerre mortalite famie

Puis lempereur a com-
mande

Quon face tout entour
fossez.

to. Illuminare his qui in tenebris et in vm
bra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros
in viam pacis. Gloria patri. an. Beata dei ge
nitrix maria virgo perpetua: templum domini sa
crarium spiritus sancti: tu sola sine exemplo placuisti
domino nostro iesu christo. ora pro populo interueni pro
clero intercede pro deuoto femineo sexu. Kyri
eleyson. Christe eleyson. Kyri eleyson. Do
mine exaudi orationem meam. Et clamor
meus ad te veniat. Oratio.
Deus qui de beate marie virginis vtero
verbum tuum angelo nunciante carnem su
scipere voluisti: presta supplicibus tuis: vt qui ve
re eam dei genitricem credimus eius apud
te intercessionibus adiuuemur. Per dominum.
Pro sanctis. an.
Sancti dei omnes intercedere dignemini pro
nostra omniumque salute. V. Letamini in do
mino et exultate iusti. R. Et gloriamini
omnes recti corde. Oratio.
Protege domine populum tuum et apostolo
rum tuorum petri et pauli: et aliorum apo
stolorum patrocinio confidentem perpetua defen
sione conserua. Per dominum. Oratio.
Omnes sancti tui quesumus domine nos vbique
adiuuent: vt dum eorum merita recolimus
patrocinia sentiamus: et pacem tuam nostris conce
de temporibus et ab ecclesia tua cunctam repelle
nequitiam iter actus et voluntates nostras:

⁊ oim̄ famulorꝝ tuorꝝ in salutis tue ꝓsperi-
tate dispone: bn̄factorib⁹ nr̄is sempiterna
bona retribue ⁊ oībus fidelibus defunctis
requiē eternā ꝯcede. Per dn̄m. Dn̄e exau-
di orationē meā. Et clamor meus ad te ve-
niat. Benedicamus domino. Deo grās.
Fidelium anime defunctorum per miseri-
cordiam dei requiescant in pace. Amen. ān.
Aue stella matutina pctōꝝ medicina: mū-
di princeps ⁊ regina: v̄go sola fuisti digna:
id circo īter tela inimici clipeū pone salutis
tue titulum virtutis. Tu es enī virga ies-
se in qua deus fecit esse aaron amigdalum
mūdi tollens scādalum. Tu es area com-
pluta celesti rore imbuta sicco tamē velle-
re: tu nos in hoc carcere solare propicia: dei
plena grā. O v̄go dei electa esto nobis via
recta: ad eterna gaudia: vbi pax ⁊ gloria: ⁊
nos semper aure pia: dulcis exaudi maria
v. Dignare me laudare te v̄go sacrata. ℟.
Da michi v̄tutē ꝯtra hostes tuos. Orō
Gratiā tuā quesum⁹ dn̄e mētib⁹ nr̄is
infunde: vt q̄ angelo nunciāte xp̄i fi-
lii tui incarnationē cognouim⁹ ꝑ passionē
eius et crucē ad resurrectionis gloriā ꝑdu-
camur. Per eundem dn̄m.

Ad matutinas de cruce.

Je vautre gēt q̄ iamais
ne sommeille Accidērq̄
les humains traueille.
En plusieurs sortes et
diuerse facon. Par feu

par eaue par chute cest
merueille. Puis par
poison soit blanche soit
vermeille. Dōt accidēt
en est vray eschancon.

Lemperteur se voyant
en sante
a voulu estre bapthe

Domine labia mea aperies Et
os meum annunciabit laudem
tuam Deus in adiutoriũ meũ

intende Domine ad adiuuandum me fe-
stina. Gloria patri et filio: et spiritui san-
cto. Sicut erat in principio ⁊ nunc et sem-
per: et in secula seculorum. Amen. an. Sal-
ue crux preciosa que in sanguine christi de-
dicata es et ex membris eius tanꝙ marga-
ritis ornata. Hymnus.

Patris sapiētia veritas diuina. Deꝰ
hō captus est hora matutina. A suis
discipulis cito derelictus. A iudeis traditꝰ
Venditus et afflictꝰ. an. Adoramus te xp̄e
⁊ benedicimꝰ tibi: q2 p̄ sanctā crucē tuam re-
demisti mundū. V. Per signū sancte crucis
R. Liberet nos de inimicis nr̄is dn̄s deus
noster. Domine exaudi orationē meā. Et
clamor meus ad te veniat. Oratio.

Domine iesu christe fili dei viui pone
passionem crucem ⁊ mortē tuam in-
ter iudiciū tuum ⁊ animā meam nunc ⁊ in
hora mortis mee: et semp̄ largiri digneris
viuis misericordiā ⁊ gratiam defunctis re-
quiē ⁊ veniā ecclesie tue pacē ⁊ verā concor-
diā: ⁊ nobis peccatoribus vitā ⁊ leticiā sem-
piternā. Qui viuis ⁊ regnas deus. Per oīa
secula seculorum. Amen.

Ad matutinas de sancto spiritu.

En lair voyez signes admirables
Des chariotz et des gensdarmes

Domine labia mea ape-
ries Et os meū annun
ciabit laudē tuā Deus

in adiutorium meum intẽde. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum. Amen. an. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium ⁊ tui amoris in eis ignem accende. Hymnus.

Nobis sancti spiritus gratia sit data De qua virgo virginum fuit obumbrata. Cum per sanctum angelum fuit salutata. Verbum caro factum est virgo fecundata. v. Emitte spiritũ tuum et creabuntur. R. Et renouabis faciẽ terre. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: da nobis illam sancti spiritus gratiã quã discipulis tuis in die sancto penthecostes transmisisti. Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Ad primam.



Deus in adiutorium meum
intende. Domine ad adiu
uandum me festina. Glo

ria patri ꝛ filio: et spiritui sctō. Sicut erat
in principio et nunc et semper: ꝛ in secula se
culorum. Amen. Hymnus.

Memēto salutis auctor: ꝙ nostri quō
dam corporis ex illibata virgine na
scēdo formā sumpseris. Maria mater gra
tie mater misericordie: tu nos ab hoste ꝓte
ge ꝛ hora mortis suscipe. Gloria tibi domi
ne q̄ natus es de virgine: cum patre ꝛ san
cto spiritu in sempiterna secula. Amen. an.
Assumpta est. Psalmus.
Deus in nomine tuo saluū me fac: et
in v̄tute tua iudica me. Deus exau
di orationē meā: auribus ꝑcipe verba oris
mei. Quoniā alieni insurrexerunt aduer
sum me: ꝛ fortes quesierūt animā meam: ꝛ
non ꝓposuerunt deum ante conspectū suū
Ecce enim deus adiuuat me: ꝛ dn̄s susce
ptor est anime mee. Auerte mala inimi
cis meis: ꝛ in veritate tua disperde illos.
Voluntarie sacrificabo tibi ꝛ ꝯfitebor no
mini tuo domine quoniā bonum est. Quo
niā ex omni tribulatione eripuisti me: ꝛ su
per inimicos meos despexit oculus meus.
Gloria patri. Sicut erat. Psalmus.
Benedixisti domine terrā tuā: auer
tisti captiuitatem iacob. Remisisti
iniquitatē plebis tue operuisti omnia pec
cata eorum. Mitigasti omnem iram tuā:

auertisti ab ira indignationis tue. Conuerte nos de⁹ salutaris noster: ꝛ auerte irā tuam a nobis. Nunquid ineternum irasceris nobis: aut extendes iram tuam a generatione in generationem. Deus tu cōuersus viuificabis nos: ꝛ plebs tua letabiť in te. Ostende nobis domine misericordiam tuam: ꝛ salutare tuuz da nobis. Audiam quid loquatur in me dominus deus quoniam loquetur pacem in plebē suam. Et super sanctos suos ꝛ in eos qui conuertuntur ad cor. Ueruntamen prope timentes eum salutare ipsius: Ut inhabitet gloria in terra nostra. Misericordia ꝛ veritas obuiauerunt sibi: iusticia et pax osculate sunt. Ueritas de terra orta est: ꝛ iusticia de celo prospexit. Etenim dominus dabit benignitatem: ꝛ terra nostra dabit fructū suū. Iusticia ante eum ambulabit: ꝛ ponet in via gressus suos. Gloria patri ꝛ filio. Sicut erat in principio. Psalmus.

Laudate dominū omnes gentes: laudate eum omnes populi. Quoniaz cōfirmata est super nos misericordia eius: ꝛ veritas domini manet ineternum. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Sicut erat in principio. ān. Assumpta est maria in celum gaudent angeli laudantes benedicunt dominum. Capitulum

Puis ces brigans larrōs meurtriers iniques Amys de mort et serfz dyaboliq̄s. Car p leurs mais piusieurs me sōt

rēdus. Leur fait a prouue ꝛ tiēs pour autētiq̄ mais nōobstāt le ꝯsens p pratiq̄. q̄ les larrons soyēt au gibet pendus.

En lair ce sont signes monstrez

Dōt les les iuifz sōt moult emerueillez.

Que est ista que ꝓgreditur quasi au-
rora consurgens: pulchra vt luna:
electa vt sol: terribilis vt castrorum acies
ordinata. Deo gratias. ℣. Dignare me lau
dare te virgo sacrata. ℟. Da michi virtu-
tem cōtra hostes tuos. Kyri eleyson. Chri
ste eleyson. Kyri eleyson. Domine exau-
di orationem meam. Et clamor meus ad
te veniat. Oratio.

Deus q̄ virginalem aulam beate ma
rie virginis in qua habitares eligere
dignatus es: da quesumus vt sua nos de-
fensione munitos: iocundos faciat sue in-
teresse cōmemorationi. Per dominum.

Pro sanctis. an.

Sancti dei omnes itercedere dignemini ꝓ
nostra omniūqȝ salute. ℣. Letamini in do-
mino et exultate iusti. ℟. Et gloriamini
omnes recti corde. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: et
apostoloꝝ tuoꝝ petri ⁊ pauli ⁊ alio
rum apostoloꝝ nos tuere presidiis: quoꝝ
donasti fideles esse doctrinis. Oratio.

Omnes sancti tui quesumus domine
nos vbiqȝ adiuuēt vt dum eoꝝ me-
rita recolimus patrocinia sentiamus: ⁊ pa
cem tuam nostris cōcede temporibus et ab
ecclesia tua cunctam repelle nequitiā iter
actus ⁊ voluntates nostras: ⁊ omnium fa

mulorum tuorū in salutis tue ꝓsperitate dispone: benefactoribus nostris sempiterna bona retribue: omnibus fidelibus defunctis requiē eternā concede. Per dominum. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Benedicamus domino. Deo gratias. Fideliū anime defunctorum per misericordiam dei requiescāt in pace. Amen.

Ad primam de cruce.

Deus in adiutoriū meū intende. Domine ad adiuuādū me festina. Gloria patri et filio: et spiritui sctō. Sicut erat in pricipio. an̄. Salue crux preciosa que in sanguie xp̄i dedicata es: et ex mēbris eius tanq̄ margaritis ornata. Hymnus.

Hora prima ductus est iesus ad pylatum. Falsis testimoniis multum accusatum. In collo percutiunt manibus ligatum. Vultum dei conspuunt lumen celi gratum. an̄. Adoramus te christe et benedicimus tibi: quia per sanctā crucē tuā redemisti mundum. ℣. Per signū sancte crucis ℟. Liberet nos de inimicis nr̄is dn̄s deus noster. Domine exaudi orationē meā. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Domīe iesu xp̄e fili dei viui pone passionē crucē et mortē tuā inter iudiciū tuū et animā meam nunc et in hora mortis

Car iustice qui souuent
mācipe. larrōs dept
lung de lautre et dissipe
Pour les faire venir
en mes mains rendre.

Lūg p la corde le bour
reau emācipe. Lautre
est noye p aīsi ie lagri-
pe. Car en la fin fault q̄
compte on me rende.

Ung fol criant par admi
racion

Ave sur vous filles de
syon.

mee: ⁊ semper largiri digneris viuis misericordiam ⁊ gratiam defunctis requiem et veniam ecclesie tue pacem ⁊ veram concordiam ⁊ nobis peccatoribus vitam ⁊ gloriā sempiternā. Qui viuis ⁊ regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Ad primam de sancto spiritu.

Deus in adiutoriū meū intēde. Domine ad adiuuādū me festina. Gloria patri et filio: ⁊ spiritui sctō. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ semp: ⁊ in secula seculorum. Amen. ān. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium ⁊ tui amoris in eis ignem accende. Hymnus.

De virgine maria christus fuit natꝰ. Crucifixus mortuus atq; tumulatus. Resurgens discipulis fuit demonstratus. Et ipsis cernentibus celis eleuatus.

℣. Emitte spiritū tuum et creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: da nobis illam sancti spiritus gratiā quā discipulis tuis in die sancto penthecostes transmisisti. Qui viuis ⁊ regnas deꝰ. Per omnia secula seculorum. Amen.

Ad tertiam.

Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Glo

ria patri ꝛ filio: et spiritui sctõ. Sicut erat
in principio et nunc et semper: ꝛ in secula se
culorum. Amen. Hymnus.
Memẽto salutis auctor: q nostri quõ
dam corporis ex illibata virgine na
scẽdo formã sumpseris. Maria mater gra
tie mater misericordie: tu nos ab hoste ꝓte
ge ꝛ hora mortis suscipe. Gloria tibi domi
ne q natus es de virgine: cum patre ꝛ san
cto spiritu in sempiterna secula. Amen. añ.
Maria virgo. Psalmus.
Ad dñm cũ tribularer clamaui ꝛ exau
diuit me. Domine libera aiam meã
a labiis iniquis: ꝛ a lingua dolosa. Quid
detur tibi aut qd apponatur tibi ad linguã
dolosam. Sagitte potẽtis acute: cũ carbo
nibus desolatoriis. Heu michi quia inco
latus meus ꝓlongatus est: habitaui cum
habitãtibus cedar multum incola fuit ani
ma mea. Cum his q oderũt pacẽ erã paci
ficus: cum loquebar illis impugnabãt me
gratis. Gloria patri. Psalmus.
Leuaui oculos meos: in mõtes vnde
veniet auxilium michi. Auxilium
meũ a dño: q fecit celum ꝛ terrã. Non det
in cõmotionẽ pedẽ tuũ: neqꝫ dormitet q cu
stodit israel. Dominus custodit te dñs ꝓ
tectio tua: sup manũ dexterã tuã. Per diẽ
sol nõ vret: te neqꝫ luna per noctẽ. Ex in.

nus custodit te ab oĩni malo: custodiat animam tuā dominus. Dominus custodiat introitū tuū & exitū tuū: ex hoc nūc & usqz in seculum. Gloria patri. Psalmus.

Letat⁹ sum in his que dicta sunt michi: in domū domini ibimus. Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis hierusalem. Hierusalem que edificatur ut ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus trib⁹ dñi: testimoniū israel ad confitendū nomini domini. Quia illic sederunt sedes in iudicio sedes super domum dauid.

Rogate que ad pacem sunt hierusalem: & abundantia diligentibus te. Fiat pax in uirtute tua & abūdantia in turribus tuis.

Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacē de te. Propter domū dñi dei nostri quesiui bona tibi. Gloria patri. Sicut erat. ān. Maria uirgo assumpta est ad ethereū thalamum in quo rex regum stellato sedet solio.

Capitulum.

Et sic in syon firmata sum: & in ciuitate sanctificata similiter requieui: & in hierusalem potestas mea. Deo grās. ℣. Diffusa est gratia ĩ labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te deus ineternum. Kyrieleyson. Christe eleyson. Kyri eleysō. Do-

Et mes explois nullemēt ne retrais. Pour vaillāce noblesse z hault trains, beaulte scauoir force sens ou valeur.

Autāt le roy que lempereur ie attains. Car pour certain nul hōme ie ne crais. quāt de mō dart ie frappe p fureur

Lempereur a fait son esdit

Que chascun croient en iesucrist.

mine exaudi orationem meam. Et clamor
meus ad te veniat. Oratio.

Deus qui salutis eterne beate marie
virginitate fecunda humano gene-
ri premia ꝓstitisti: tribue q̄sumus vt ipsam
pro nobis intercedere sentiamus per quaꝫ
meruimus auctorem vite suscipere: domi-
num nostruꝫ iesum xp̄m filiũ tuũ. Qui te.

Commemoratio de sanctis. an.

Sancti dei omnes intercedere dignemini
pro nostra omniũqꝫ salute. ℣. Letamini in
domino ⁊ exultate iusti. ℟. Et gloriamini
omnes recti corde. Oratio.

Protege domine populum tuũ et apo-
stolorum tuorũ petri ⁊ pauli: ⁊ alio-
rum apostolorum patrocinio confidentem
perpetua defensione cõserua. Per dñm no-
strum iesum christum. Oratio.

Omnes sancti tui quesumus domine
nos vbiqꝫ adiuuent: vt dum eorꝫ me-
rita recolimus patrocinia sentiamus: ⁊ pa
cem tuam nostris cõcede temporibus: ⁊ ab
ecclesia tua cũctam repelle nequitiam iter
actus ⁊ voluntates nostras: ⁊ oĩum famu
lorum tuorum in salutis tue prosperitate
dispone: benefactoribus nostris sempiter-
na bona retribue: ⁊ omnibus fidelibus de-
functis requiem eternã concede. Per dñm.
Domine exaudi orationẽ meam. Et cla-

mor meus ad te veniat. Benedicamus do
mino. Deo gratias. Fidelium anime de
functorum per misericordiã dei requiescãt
in pace. Amen.

Ad tertiam de cruce.

Deus in adiutoriũ meũ intẽde. Do
mine ad adiuuãdũ me festina. Glo
ria patri et filio: ⁊ spiritui sctõ. Sicut erat
in principio ⁊ nunc ⁊ semper: ⁊ in secula se
culorũ. Amen. an. Salue crux preciosa que
in sanguine xpi dedicata es: ⁊ ex membris
eius tãq̃ margaritis ornata. Hymnus.
Crucifige clamitãt hora tertiarũ. Il
lusus induitur veste purpurarũ. Ca
put eius pungitur corona spinarũ. Crucẽ
portat humeris ad locum penarũ. an. Ado
ramus te xpe ⁊ benedicim⁹ tibi: q2 p sanctã
crucẽ tuã redemisti mundũ. V. Per signum
sctẽ crucis. R. Liberet nos de inimicis nr̃is
dñs deus noster. Domie exaudi orationẽ
meã. Et clamor me⁹ ad te veniat. Orõ.
Domine iesu christe fili dei viui pone
passionem crucem ⁊ mortẽ tuam in
ter iudicium tuum ⁊ animam meam nunc
et in hora mortis mee: ⁊ semper largiri di
gneris viuis misericordiam ⁊ gratiam de
fũctis requiem ⁊ veniam ecclesie tue pacẽ
⁊ veram concordiã ⁊ nobis peccatoribus vi
tam et gloriam sempiternam. Qui viuis.

Les fortunez ⁊ les mon
dais eureux. Fais mai
tesfois volent craintifz
poureux. Quãt de mõ
dart si cruel les surmõ



te, pas en oubli ne mes
ces amoureux mais en
ma dãce ie les fais pos
sesseurs. car ie ne tiẽs ne
damours ne deux cõte.

En la cite souuent
ce sont deffendus

Gẽs darmes les assail
lẽt ⁊ abbatẽt les murs

Ad tertiā de sancto spiritu.

Deus in adiutoriū meū intēde. Domine ad adiuuādū me festina. Gloria patri et filio et spiritui sctō. Sicut erat in principio ꝛ nunc ꝛ semper: ꝛ in secula seculorū. Amen. an. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium ꝛ tui amoris in eis ignem accende. Hymnus.

Suum sanctum spiritum deus delegauit. In die penthecostes suos cōfortauit. Et de linguis igneis ipsos inflāmauit. Relinquere orphanos eos denegauit. ℣. Emitte spiritū tuum ꝛ creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: da nobis illam sancti spiritus gratiā quā discipulis tuis in die sancto penthecostes trāsmisisti. Qui viuis ꝛ regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Domine exaudi oratiōem meam. Et clamor meus ad te veniat. Benedicamus domino. Deo gratias.

Ad sextam.

Deus in adiutorium meum
intende Domine ad adiu
uandum me festina. Glo

ria patri ⁊ filio: ⁊ spiritui sctõ. Sicut erat
in principio ⁊ nunc ⁊ semper: ⁊ in secula se-
culorum. Amen. Hymnus.
Memēto salutis auctor: q̄ nostri quō
dam corporis ex illibata virgine na
scēdo formā sumpseris. Maria mater gra
tie mater misericordie tu nos ab hoste ꝓte-
ge et hora mortis suscipe. Gloria tibi dn̄e
qui natus es de virgine cum patre et san-
cto spiritu in sempiterna secula. Amen. ān.
In odorem. Psalmus.
Ad te leuaui oculos meos qui habi-
tas in celis. Ecce sicut oculi seruo-
rum in manibus dominorū suorū. Sicut
oculi ancille in manibus dn̄e sue: ita oculi
nostri ad dn̄m deū nostrum donec miserea
tur nostri. Miserere nostri dn̄e miserere no
stri: quia multū repleti sumus despectione
Quia multū repleta est anima nostra op
probrium abundantibus ⁊ despectio super
bis. Gloria patri. Psalmus.
Nisi quia dominus erat in nobis di-
cat nunc israel: nisi quia dn̄s erat in
nobis. Cum exurgerent homines in nos
forte viuos deglutissent nos. Cum irasce
retur furor eoꝝ in nos: forsitā aqua absor-
buisset nos. Torrentem pertransiuit ani
ma nostra forsitan pertransisset anima no
stra aquam intollerabilem. Benedictus

dominus qui nō dedit nos: in captione den
tibus eoꝝ. Anima nostra sicut passer ere-
pta est: de laqueo venantiū. Laqueus cō-
tritus est: ꝛ nos liberati sumus. Adiuto-
rium nostrum in nomine domini: qui fecit
celum ꝛ terrā. Gloria patri ꝛ filio. Sicut
erat in principio. Hymnus.
Qui confidunt in domino sicut mons
syon: nō commouebitur ineternum
qui habitat in hierusalem. Montes in cir-
cuitu eius et dñs in circuitu populi sui: ex
hoc nunc ꝛ vsq; in seculum. Quia non re-
linquet dñs virgam peccatorum super sor-
tem iustorū: vt non extendant iusti ad ini-
quitatem manus suas. Benefac domine
bonis ꝛ rectis corde. Declinātes autem in
obligationes adducet dominus cū operan
tibus iniquitatem pax super israel. Glo-
ria patri. Sicut erat. an. In odorē vnguē
torum tuorum currimus adolescentule di-
lexerunt te nimis. Capitulum.
Et radicaui in populo honorificato
et in partes dei mei hereditas illius
et in plenitudine sanctorum detentio mea.
Deo gratias. ℣. Benedicta tu in mulieri-
bus. ℟. Et benedictus fructus vētris tui.
Kyri eleyson. Christe eleyson. Kyri eley-
son. Domie exaudi orationem meam. Et
clamor meus ad te veniat. Oratio.

Je fais tarir acoup de
sulte mōdaine. Je fais
tarir de force la fontai
ne. Je fais pourrir les
gens ainsi que fiens.

Fresche couleur ie re
duis lache ꝛ vaine. Le
sang muer ꝛ estraidre
la vaine. brefie ꝯsōme
tous plaisirs terriens



Par famine perles auec ques or
N. englussent ꝛ tout leur tresor

Concede misericors deus fragilitati
nostre presidiū: ut qui sancte dei ge-
nitricis et virginis marie memoriā agimꝰ:
intercessionis eius auxilio a nostris iniq-
tatibus resurgamus. Per eundē dominū.

Pro sanctis. an.

Sancti dei omnes intercedere dignemini
pro nostra omniūqz salute. ℣. Letamini in
domino et exultate iusti. ℟. Et gloriami-
ni omnes recti corde. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: et
apostolorū tuorū petri et pauli et alio
rum apostolorū nos tuere presidiis: quorū
donasti fideles esse doctrinis. Oratio.

Omnes sancti tui quesumus dñe nos
ubiqz adiuuent ut dū eorū merita re
colimus patrocinia sentiamus: et pacē tuā
nostris cōcede tēporibus: et ab ecclesia tua
cunctam repelle nequitiam iter actus et vo
luntates nostras et omnium famulorum
tuorum in salutis tue prosperitate dispone
benefactoribꝰ nostris sempiterna bona re-
tribue: et oībus fidelibus defunctis requiē
eternam cōcede. Per dñm. Domine exau-
di orationē meam. Et clamor meus ad te
veniat. Benedicamus domīo. Deo grās
Fidelium anime defunctorū per misericor-
diam dei requiescant in pace. Amen.

Ad sextam de cruce.

Deus in adiutoriũ meũ intẽde. Domine ad adiuuãdũ me festina. Gloria patri et filio ꝛ spiritui sctõ. Sicut erat in principio ꝛ nũc ꝛ semꝑ: ꝛ in secula seculorum. Amen. ãn. Salue crux ꝓciosa que in sanguine xp̄i dedicata es ꝛ ex mẽbris eius tanq̄ margaritis ornata. Hymnus.

Hora sexta iesus est cruci conclauatus. Et est cum latronibus pendẽs deputatus. Pre tormẽtis sitiẽs felle saturatus. Agnus crimen diluit sic ludificatꝰ. ãn. Adoramus te christe ꝛ benedicimus tibi: quia per sanctã crucẽ tuã redemisti mũdum. ℣. Per signum sancte crucis. ℟. Libere nos de inimicis nostris dñs deꝰ noster. Domine exaudi orationẽ meam. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Domine iesu christe fili dei viui pone passionem crucem ꝛ mortem tuã inter iudicium tuum ꝛ animã meam nunc et in hora mortis mee: ꝛ semper largiri digneris viuis misericordiam ꝛ gratiam defunctis requiem ꝛ veniam ecclesie tue pacem ꝛ concordiam ꝛ nobis peccatoribus vitam et gloriam sempiternã. Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula seculoꝝ. Amen.

Ad sextã de sancto spiritu.

Deus in adiutoriũ meũ intẽde. Domine ad adiuuãdũ me festina. Glo

Par vaspasiẽ empereur de romme Fust hierusalem destruite en somme.

Ces corps biẽ fais ces feminis visaiges paincz ꝛ fardez reluysãs cõme images Fais rediger en matiere pourrie ꝛ pung

seul coup trescruel ꝛ vorage. Aux vers de terre donne leur pasturaige La blanche chair si tẽdrement nourrie.

ria patri ⁊ filio: ⁊ spiritui sctō. Sicut erat
in principio et nunc ⁊ semper: et in secula se
culorum. Amen. ān. Veni sancte spiritus
reple tuorum corda fidelium et tui amoris
in eis ignem accende. Hymnus.
Septiformem gratiam tunc accepta
uerunt. Quare ydiomata cuncta co
gnouerunt. Ad diuersa climata mundi re-
cesserunt. Et fidem catholicam tunc predi
cauerunt. ℣. Emitte spiritum tuum et crea
buntur. ℟. Et renouabis faciē terre. Do-
mine exaudi orationem meam. Et clamor
meus ad te veniat. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus da no-
bis illam sancti spiritus gratiā quā
discipulis tuis in die sancto penthecostes
trāsmisisti. Qui viuis ⁊ regnas deus. Per
omnia secula seculorum. Amen.

Ad nonam.

Deus in adiutoriū meum inten-
de. Domine ad adiuuandū me
festina. Gloria patri ⁊ filio: et

spiritui sancto. Sicut erat. Hymnus.
Memēto salutis auctor q nostri quō-
dam corporis ex illibata virgine na-
scendo formam sumpseris. Maria mater
gratie mater misericordie: tu nos ab hoste
protege & hora mortis suscipe. Gloria tibi
dñe qui natus es de virgine cũ patre et san
cto spiritu in sempiterna secula. Amē. ãn.
Pulchra es. Psalmus.
In conuertendo dominus captiuita-
tem syon facti sumus sicut consolati
Tunc repletũ est gaudio os nostrũ: & lin-
gua nostra exultatione. Tunc dicēt inter
gētes: magnificauit dominus facere cum
eis. Magnificauit dñs facere nobiscũ: fa
cti sumus letātes. Conuertere dñe capti-
uitatē nostrā: sicut torrēs in austro. Qui
seminānt in lachrymis: in exultatione me-
tent. Euntes ibāt & flebāt: mittētes semi
na sua. Venientes autem venient: cũ exul
tatione portantes manipulos suos. Glo
ria patri. Sicut erat. Psalmus.
Nisi dñs edificauerit domũ in vanũ
laborauerunt qui edificant eā. Ni
si dñs custodierit ciuitatem frustra vigilat
qui custodit eam. Vanum est vobis ante
lucē surgere: surgite postq̄ sederitis: q mā-
ducatis panē doloris. Cum dederit dile-
ctis suis somnũ: ecce hereditas domini fi-

lii merces fructus ventris. Sicut sagitte
in manu potētis: ita filii excussorum. Bea-
tus vir qui impleuit desiderium suum ex
ipsis: nō confundetur cum loquetur inimi
cis suis in porta. Gloria pr̄i. Psalmus
Beati omnes qui timent dominum:
qui ambulant in viis eius. Labo-
res manuum tuarū quia mãducabis bea-
tus es ⁊ bene tibi erit. Uxor tua sicut vi-
tis abundās in lateribus domus tue. Fi-
lii tui sicut nouelle oliuarum: in circuitu men
se tue. Ecce sic benedicetur homo: qui timet
dominū. Benedicat tibi dn̄s ex syon: ⁊ vi-
deas bona hierusalem omnibus diebus vi
te tue. Et videas filios filiorum tuorū: pa-
cem super israel. Gloria patri. an. Pulchra
es ⁊ decora filia hierusalem terribilis vt ca
strorum acies ordinata. Capitulum.
In plateis sicut cynamomū ⁊ balsa-
mum aromatizans odorē dedi qua-
si myrra electa dedi suauitatē odoris. Deo
gratias. ℣. Post partum virgo inuiolata
permāsisti. ℟. Dei genitrix intercede pro
nobis. Kyri eleyson. Christe eleyson. Kyri
eleyson. Domine exaudi orationē meam.
Et clamor meus ad te veniat. Oratio.
Famulorum tuorum quesumus do-
mine delictis ignosce: vt qui tibi pla
cere de actibus nostris non valemus geni-

En hierusalē fust famine si amere
Que lenfant fust rosti et mēge de sa mere.

Donnāt ainsi mes dou
loureux assaux. fais ou
blier aux nobles ⁊ vas-
saulx. biens ⁊ hōneurs
terriēne bobāce. pareil

lement par mes cruelz
trauaulx. fais bien cō-
mettre de si enormes
maulx. q̄ dieu souuent
est mys en oubliance.

tricis filii tui domini nostri iesu christi in-
tercessione saluemur. Per eundem domi-
num nostrum iesum christum filium tuum.
Qui tecum viuit et regnat in vnitate eius-
dem spiritus sancti deus. Per omnia secu-
la seculorum. Amen.

Pro sanctis. an.

Sancti dei omnes intercedere dignemini
pro nostra omniumque salute. V. Letamini
in domino et exultate iusti. R. Et gloriami-
ni omnes recti corde. Oratio.

Presta quesumus omnipotēs deus:
vt nullis nos permittas perturba-
tionibus cōcuti: quos in apostolice confes-
sionis petra solidasti. Per dñm. Oratio

Omnes sancti tui quesumus dñe nos
vbique adiuuent vt dū eorum merita re-
colimus patrocinia sentiamus: et pacē tuā
nostris cōcede tēporibus: et ab ecclesia tua
cunctam repelle nequitiam iter actus et vo-
luntates nostras et omnium famulorum
tuorum in salutis tue prosperitate dispone
benefactoribus nostris sempiterna bona re-
tribue: et oībus fidelibus defunctis requiē
eternam cōcede. Per dñm. Domine exau-
di orationē meam. Et clamor meus ad te
veniat. Benedicamus domino. Deo grās
Fidelium anime defunctorum per misericor-
diam dei requiescant in pace. Amen.



Ad nonam de cruce.

Deus in adiutoriũ meũ intende. Domine ad adiuuãdũ me festina. Gloria patri et filio: ⁊ spiritui sctõ. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ semp: ⁊ in secula seculorum. Amen. ãn. Salue crux preciosa que in sanguine xp̄i dedicata es: ⁊ ex membris eius tãq̃ margaritis ornata. Hymnus.

Hora nona dominꝰ iesus expirauit. Hely clamans animam patri cõmẽdauit. Latus eius lancea miles pforauit. Terra tunc contremuit et sol obscurauit. ãn. Adoramus te christe ⁊ benedicimus tibi: quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. ℣. Per signum sancte crucis. ℟. Liberet nos de ĩimicis nostris dñs deꝰ noster. Domine exaudi orationẽ meã. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio.

Domine iesu christe fili dei viui pone passionem crucẽ ⁊ mortem tuã inter iudicium tuum ⁊ animam meam nunc et in hora mortis mee: ⁊ semper largiri digneris viuis misericordiam ⁊ gratiam defunctis requiem ⁊ veniam ecclesie tue pacem et verã cõcordiã: ⁊ nobis peccatoribus vitã ⁊ leticiam sempiternam. Qui viuis ⁊ regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Je fais aux bonseurs chemis ⁊ passages, aux mauuais mõstre q̃ nõt pas este saiges. Et hũmaine au lieu de sa de-

serte. les bons ꝯduis a leurs drois heritaiges cest mõ office car selon leur truage il õt p moy ou la gaine ou la perte

Pylate ⁊ archileus qui par la rue passerent

Du rost qu'auoient sentu tout soudain demãderẽt.

Ad nonã de sancto spiritu.

Deus in adiutoriũ meũ intẽde. Domine ad adiuuãdũ me festina. Gloria patri et filio et spiritui sctõ. Sicut erat in principio ꝛ nunc ꝛ semper: ꝛ in secula seculorũ. Amen. ãn. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium ꝛ tui amoris in eis ignem accende. Hymnus.

Spiritus paraclitus fuit appellatus Donum dei charitus fons viuificatus. Spiritalis vnctio ignis inflammatꝰ. Septiformis gratia carisma vocatus. ℣. Emitte spiritum tuum et creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: da nobis illam sancti spiritus gratiã quã discipulis tuis in die sancto penthecostes transmisisti. Qui viuis ꝛ regnas deꝰ. Per omnia secula seculorum. Amen. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Benedicamus domino. Deo gratias.

Ad vesperas.

Deus in adiutorium meum
intende. Domine ad adiu
uandum me festina. Glo

ria patri et filio: et spiritui sancto. Sicut
erat in principio ⁊ nunc et semper: et in secu
la seculoꝝ. Amen. an̄. Dum esset. Ps.
Dixit dominus domino meo: sede a
dextris meis. Donec ponam inimi
cos tuos: scabellum pedum tuorum. Vir
gam virtutis tue emittet dominus ex syō:
dominare in medio inimicorum tuorum.
Tecum principium in die virtutis tue in
splendoribus sanctorum: ex vtero ante lu
ciferū genui te. Iurauit dominus ⁊ non
penitebit eum: tu es sacerdos ineternum se
cūdum ordinem melchisedech. Dominus
a dextris tuis: cōfregit in die ire sue reges
Iudicabit in nationib⁹ implebit ruinas:
conquassabit capita in terra multoꝝ. De
torrēte in via bibit: propterea exaltabit ca
put. Gloria patri. an̄. Dum esset rex in
acubitu suo: nardus mea dedit odorē sua
uitatis. an̄. Leua eius. Psalmus.
Laudate pueri dn̄m: laudate nomen
domini. Sit nomen domini benedi
ctum: ex hoc nūc ⁊ vsq₃ in seculum. A so
lis ortu vsq₃ ad occasum: laudabile nomen
domini. Excelsus super omnes gētes do
minus: ⁊ super celos gloria eius. Quis si
cut dominus deus noster qui in altis habi
tat et humilia respicit in celo et in terra.
Suscitans a terra inopē: ⁊ de stercore eri-

gens pauperem. Et collocet eos cū prin-
cipibus: cum principibus populi sui. Qui
habitare facit sterilem in domo: matrem fi
liorum letantem. Gloria patri. ān. Leua
eius sub capite meo ⁊ deytera illi⁹ ample-
yabitur me. ān. Nigra sum. Psalmus.
LEtat⁹ sum in his que dicta sunt mi-
chi: in domū domini ibimus. Stan
tes erant pedes nostri: in atriis tuis hieru
salem. Hierusalem que edificatur vt ciui
tas: cuius participatio eius in idipsum.
Illuc enim ascenderunt tribus trib⁹ do-
mini: testimoniū israel ad confitendum no
mini domini. Quia illic sederunt sedes
in iudicio: sedes super domum dauid.
Rogate que ad pacem sunt hierusalem: ⁊
abundantia diligentibus te. Fiat pay in
virtute tua ⁊ abūdantia in turribus tuis.
Propter fratres meos ⁊ pyimos meos lo
quebar pacē de te. Propter domū dn̄i dei
nostri quesiui bona tibi. Gloria patri. Si
cut erat. ān. Nigra sum sed formosa filia
hierusalem: ideo dileyit me rey et introdu
yit me in cubiculuz suum. ān. Iā hyems.
NIsi dominus edi- Psalmus.
ficauerit domuū in vanū laborauе
runt qui edificāt eam. Nisi dn̄s custodie-
rit ciuitatē frustra vigilat qui custodit eā.
Vanū est vobis ante lucē surgere: surgi-

Le roy achileus de rage cest occcis
Dont ceulx de la cite furēt fort esbahis.

Tout hōme est ne pour mourir vne fois. mais plusieurs sōt q̄ cuident toutesfoys. Ne eschaper ꝛ d moy estre q̄ttes

Grās biēs acquierēt ꝛ force escus d poys font edifices cela ny vault tournois car pdurables nont sinō leur merites.

te postq̃ sederitis: qui mãducatis panẽ do
loris Cum dederit dilectis suis somnum
ecce hereditas dñi filii merces fructus ven
tris Sicut sagitte in manu potẽtis: ita fi
lii excussorum. Beatus vir qui impleuit
desideriũ suũ ex ipsis: non confundetur cũ
loquet̃ inimicis suis in porta Gloria pa-
tri Sicut erat. ãn. Iã hyems transiit ym
ber abiit et recessit: surge amica mea ꝛ veni
ãn. Speciosa. Psalmus.

Lauda hierusalem dñm: lauda deum
tuũ syon Quoniã cõfortauit seras
portarum tuarũ: benedixit filiis tuis in te
Qui posuit fines tuos pacẽ: adipe frumẽ
ti satiat te Qui emittit eloquiũ suũ terre:
Velociter currit sermo eius Qui dat niuẽ
sicut lanã: nebulam sicut cinerem spargit.
Mittit cristallum suã sicut buccellas: an
te faciẽ frigoris eius q̃s sustinebit Emit
tet verbũ suũ et liquefaciet ea: flabit spiri-
tus eius et fluent aque Qui annunciat
verbum suuz iacob: iusticias et iudicia sua
israel Non fecit taliter omni nationi: et
iudicia sua non manifestauit eis Gloria
patri et filio. Sicut erat in principio. ãn.
Speciosa facta es ꝛ suauis in deliciis tuis
sancta dei genitrix. Capitulum.

AB initio et ante secula creata sum et
vsq3 ad futurum seculum nõ desinã:

et in habitatione sancta corã ipso ministra
ui. Deo gratias. Hymnus.
AVe maris stella dei mater alma: at
qz semper virgo felix celi porta. Su
mẽs illud aue gabrielis ore: funda nos in
pace mutans nomen eue. Solue vincla
reis profer lumen cecis mala nostra pelle:
bona cuncta posce. Monstra te esse matrẽ
sumat per te preces: qui ꝓ nobis natus tu
lit esse tuus. Virgo singularis inter oẽs
mitis nos culpis solutos mites fac et ca
stos. Vitam presta purã iter para tutum:
vt videtes iesum semper colletemur. Sit
laus deo patri summo christo decus: spiri
tui sctõ trinus honor vnus Amẽ. ℣. Diffu
sa est grã ĩ labiis tuis. ℟. Propterea bene
dixit te deus ineternũ. ãn. Beata mater.
Canticum beate marie.
MAgnificat anima mea dominũ. Et
exultauit spiritus meus: in deo salu
tari meo. Quia respexit humilitatẽ ancil
le sue: ecce enĩ ex hoc beatã me dicẽt omnes
generationes. Quia fecit michi magna q̇
potens est: ⁊ sanctũ nomen eius. Et mise
ricordia eius a ꝓgenie in ꝓgenies: timen
tibus eum. Fecit potẽtiã in brachio suo:
dispersit superbos mẽte cordis sui. Depo
suit potentes de sede: ⁊ exaltauit humiles.
Esurientes impleuit bonis: ⁊ diuites di

Sa menestriers sans
vo⁹ tenir arriere. ꝑ voz
beaulx yeulx ⁊ attraiãt
maniere. Au tour de
vo⁹ attraiez toutesgẽs



Vous dãcerez a la dã
ce derniere. Or appro
chez vo⁹ scaurez la ma
niere. Quel note dãce
ceulx qui viẽnẽt ceans.

Et quãt les iuifz furẽt
destruis ⁊ mors
Les rõmais les ouurirẽt
pour auoir leurs tresors

cem tuam nostris cõcede temporibus: ⁊ ab
ecclesia tua cũctam repelle nequitiam iter
actus ⁊ voluntates nostras: ⁊ oĩum famu
lorum tuorum in salutis tue prosperitate
dispone: benefactoribus nostris sempiter-
na bona retribue: ⁊ omnibus fidelibus de-
functis requiem eternã concede. Per dñm.
Domine exaudi orationẽ meam. Et cla-
mor meus ad te veniat. Benedicamus do
mino. Deo gratias. Fidelium anime de-
functorum per misericordiã dei requiescãt
in pace. Amen.

Ad vesperas de cruce.

Deus in adiutoriũ meũ intẽde. Do-
mine ad adiuuãdũ me festina. Glo
ria patri et filio: ⁊ spiritui sctõ. Sicut erat
in principio ⁊ nunc ⁊ semper: ⁊ in secula se-
culorum. Amen. ãn. Salue crux preciosa que
in sanguine xpi dedicata es: ⁊ ex membris
eius tanq̃ margaritis ornata. Hymnus.
De cruce deponitur hora vespertina.
Fortitudo latuit in mente diuina.
Talem mortem subiit vite medicina. Heu
corona glorie iacuit supina. ãn. Adoram⁹
te xpe ⁊ bñdicimus tibi: q2 p sanctã crucem
tuã redemisti mundũ. ℣. Per signũ sancte
crucis. ℟. Liberet nos de inimicis nr̃is dñs
deus noster. Dñe exaudi orationẽ meam
Et clamor meus ad te veniat. Oratio

misit inanes. Suscepit israel puerū suū: recordatus misericordie sue. Sicut locutus est ad patres nostros: abraham ⁊ semini eius in secula. Gloria patri ⁊ filio. Sicut erat in principio. ān. Beata mater ⁊ innupta virgo gloriosa regina mundi intercede pro nobis ad dominum. Kyri eleyson. Christe eleyson. Kyri eleyson. Dn̄e exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Concede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mētis ⁊ corporis sanitate gaudere: ⁊ gloriosa beate marie semp virginis intercessione a presenti liberari tristicia ⁊ eterna pfrui leticia Per christum dominū nostrū. Amen.

Commemoratio de sanctis. ān. Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniūqz salute. ℣. Letamini in domino ⁊ exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Oratio.

Protege domine populum tuū et apostolorum tuorū petri ⁊ pauli: ⁊ aliorum apostolorum patrocinio confidentem perpetua defensione cōserua. Per dn̄m nostrum iesum christum. Oratio.

Omnes sancti tui quesumus domine nos vbiqz adiuuēt: vt dum eoꝝ merita recolimus patrocinia sentiamus: ⁊ pa

O vous humains qui voyez ceste dāce. De vic dancer ayez en souuenāce. Au iugemēt examinez serez. De vostre

iuge qui est cy en presence. Se bien dācez vous aurez recompense. Se dancez mal biē cher la cheterez.

Cōment les iuifz furēt vēdus ⁊ liurez

Et en bailloit on trente pour vng denier

Domine iesu christe fili dei viui pone passionem crucem ⁊ mortē tuam inter iudicium tuum ⁊ animam meam nunc et in hora mortis mee: ⁊ semper largiri digneris viuis misericordiam ⁊ gratiam defunctis requiem ⁊ veniam ecclesie tue pacē ⁊ veram concordiā ⁊ nobis peccatoribus vitam et gloriam sempiternam. Qui viuis.

Ad vesperas de sancto spū.

Deus in adiutoriū meū intēde. Domine ad adiuuādū me festina. Gloria patri ⁊ filio: ⁊ spiritui sctō. Sicut erat in principio et nunc ⁊ semper: et in secula seculorum. Amen. ān. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende. Hymnus.

Dextre dei digitus virtus spiritalis.
Nos defendat eruat ab omnib9 malis. Ut nobis non noceat demon infernalis. Sed protegat foueat nutriat sub alis.
V. Emitte spiritum tuum et creabuntur.
R. Et renouabis faciem terre. Dñe exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus da nobis illam sancti spiritus gratiā quā discipulis tuis in die sancto penthecostes transmisisti. Qui viuis ⁊ regnas.

Ad completorium.

Conuerte nos deꝰ salutaris no-
ster. Et auerte irã tuã a no-
bis. Deus in adiutoriũ meum

intende. Domine ad adiuuandum me fe-
stina. Gloria patri et filio et spiritui san-
cto. Sicut erat in principio et nūc ꝛ semp-
et in secula seculoꝝ. Amen. Psalmus.
Sepe expugnauerunt me a iuuentu
te mea: dicat nunc israel. Sepe ex-
pugnauerunt me a iuuētute mea: etenim
nō potuerunt michi. Supra dorsum meū
fabricauerunt peccatores: prolongauerūt
iniquitatem suam. Dominus iustus cōci
det ceruices peccatorum: confundantur et
cōuertantur retrorsum omnes qui oderūt
syon. Fiant sicut fenum tectorum: quod
prius ꝙ euellatur exaruit. De quo non im
pleuit manū suam qui metet: ꝛ sinū suuz
qui manipulos colliget. Et non dixerūt
qui preteribant benedictio domini sup vos
benediximus vobis in nomine dñi. Glo-
ria patri ꝛ filio. Sicut erat. Psalmus.
De profundis clamaui ad te domi-
ne: domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendentes: in vocē de
precationis mee. Si iniquitates obserua
ueris domine: dñe quis sustinebit. Quia
apud te propiciatio est: et propter legē tuaz
sustinui te domīe. Sustinuit anima mea
in verbo eius: sperauit anima mea in domi
no. A custodia matutina vsqz ad noctem:
speret israel in domino. Quia apud domi

num misericordia et copiosa apud eum re-
demptio. Et ipse redimet israel ex omni-
bus iniquitatibus eius. Gloria patri et fi-
lio: et spiritui sancto. Sicut erat in princi-
pio et nunc et semper: et in secula seculo-
rum. Amen. Psalmus.

Domine non est exaltatū cor meū:
neqȝ elati sunt oculi mei. Neqȝ am
bulaui in magnis: neqȝ in mirabilibus su
per me. Si non humiliter sentiebam: sed
exaltaui animā meā. Sicut ablactatus
est super matre sua: ita retributio in ani-
ma mea. Speret israel in domino: ex hoc
nunc et vsqȝ in seculum. Gloria patri et fi
lio: et spiritui sancto. Sicut erat in prin-
cipio et nunc et semper. Hymnus.

Memēto salutis auctor: q nostri quō
dā corporis ex illibata vgine nascē-
do formā sumpseris. Maria mater gratie
mater mie tu nos ab hoste protege et hora
mortis suscipe. Gloria tibi dñe: qui natus
es de virgine cū patre et sctō spiritu in sem-
piterna secula. Amen. Capitulum.

Ego mater pulchre dilectionis et ti-
moris et magnitudinis et sancte spei.
Deo gratias. ℣. Ora pro nobis sancta dei
genitrix. ℟. Vt digni efficiamur pmissio-
nibus christi. An. Sub tuum.
Canticum symeonis.

Aaspasie de grāt mal
tormente

A deuāt soy son conseil
mande.

Je suis la mort q maine tout a fin. Je nay parent frere ne amy ne affin. Que ie ne face tost rediger en pouldre.

Et suis de dieu a ce cōmis a fin. q nul ne soit tāt soit ruse ou fin. q ne me doubte autāt q tōnoirre ou fouldre.

Nunc dimittis seruum tuum domine
secundū verbum tuū in pace. Quia
viderūt oculi mei: salutare tuum. Quod
parasti: ante faciem omnium populorum.
Lumen ad reuelationem gentium: et glo
riam plebis tue israel. Gloria patri. ān.
Sub tuum presidium confugimus sancta
dei genitrix nostras deprecationes ne de-
spicias in necessitatibus: sed a periculis cū
ctis libera nos semꝑ virgo benedicta. Ky-
ri eleyson. Christe eleyson. Kyri eleyson.
Domine exaudi orationem meam. Et cla
mor meus ad te veniat. Oratio.
Beate et gloriose semperq̄ʒ virginis
marie: quesumus domīe intercessio
gloriosa nos ꝓtegat et ad vitam perducat
eternam. Per dominum nostrum.
Pro sanctis. ān.
Sancti dei omnes intercedere dignemini
pro nostra omniūq̄ʒ salute. ℣. Letamini in
domino et exultate iusti. ℟. Et gloriami-
ni omnes recti corde. Oratio.
Exaudi nos deus salutaris noster: et
apostolorꝫ tuorꝫ petri ⁊ pauli ⁊ alio
rum apostolorū nos tuere presidiis: quorū
donasti fideles esse doctrinis. Oratio.
Omnes sancti tui quesumus dn̄e nos
vbiq̄ʒ adiuuent vt dū eorꝫ merita re
colimus patrocinia sentiamus: ⁊ pacē tuā

nostris cōcede tēporibus: et ab ecclesia tua
cunctam repelle nequitiam iter actus ⁊ vo
luntates nostras et omnium famulorum
tuorum in salutis tue prosperitate dispone
benefactorib⁹ nostris sempiterna bona re-
tribue: ⁊ oībus fidelibus defunctis requiē
eternam cōcede. Per dominum nostrum ie
sum christum filium tuum. Qui tecum vi-
uit et regnat in vnitate spiritus sancti de⁹
Per oīa secula seculoꝝ. Amen. Dn̄e exau
di orationē meam. Et clamor meus ad te
veniat. Benedicamus domino. Deo gra
tias. Fidelium anime defunctorū per mi-
sericordiam dei requiescant in pace. Amen.
Benedicat et custodiat nos omnipotens ⁊
misericors dominus pater et filius et spiri
tussanctus. Amen.

Ad cōpletorium de cruce.

Conuerte nos de⁹ salutaris nr̄. Et
auerte iram tuam a nobis. Deus in
adiutorium meum intende. Domine ad
adiuuandum me festina. Gloria patri et
filio: et spiritui sancto. Sicut erat in prin-
cipio et nunc et semper: et in secula seculo-
rum. Amē. an̄. Salue crux preciosa que in
sanguine xp̄i dedicata es ⁊ ex mēbris eius
tanq̄ margaritis ornata. Hymnus.

Hora cōpletorii dat̄ sepulture. Cor-
pus christi nobile spes vite future.

Eue ⁊ adam puis leur
creacion En cōmettāt
preuaricacion. Tres-
passerent la diuine or-
donnance. Par le ser

pent plain de deceptiō
Quāt a la pōme firēt
oppression.
Tous les humais mis
drēt soubz ma puissāce

Son senechal gay le recō
forte

Dit que a iesus se faut re
commander.

Conditur aromate complentur scripture.
Jugi sit memoria mors hec michi cure. an.
Adoramus te christe et benedicimus tibi:
quia per sanctā crucem tuā redemisti mun
dum. ℣. Per signum sancte crucis. ℟. Libe
ret nos de inimicis nostris dñs deꝰ noster.
Domine exaudi orationē meam. Et cla-
mor meus ad te veniat. Oratio.

Domine iesu christe fili dei vivi po-
ne passionem crucē ꝛ mortem tuā in
ter iudicium tuum ꝛ animam meam nunc
et in hora mortis mee: ꝛ semper largiri di-
gneris vivis misericordiam ꝛ gratiam de-
functis requiem ꝛ veniam ecclesie tue pa-
cem et verā cōcordiā: ꝛ nobis peccatoribus
vitā ꝛ leticiam sempiternam. Qui vivis ꝛ
regnas deus. Per omnia secula seculo-
rum. Amen.

Recommendatio.

Has horas canonicas cum devotio-
ne. Tibi christe recolo pia ratione.
Ut q̄ pro me passus es amoris ardore. Sis
michi solacium in mortis agone.

Ad completorium de sancto spiritu.

Converte nos deus salutaris no-
ster. Et averte iram tuam a nobis

Deus in adiutorium meum intēde. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc ⁊ semper: et in secula seculorum. Amē. ān. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium ⁊ tui amoris in eis ignem accende.

Hymnus.

Spiritus paraclitus nos velit iuuare. Gressus nostros regere et illuminare. Vt cum deus venerit omnes iudicare. Nos velit ad dexteram suam appellare. ℣. Emitte spiritum tuum ⁊ creabuntur ℟. Et renouabis faciem terre.

Oratio.

Omnipotens sempiterne deus da nobis illam sancti spiritus gratiā quā discipulis tuis in die sancto penthecostes transmisisti. Qui viuis ⁊ regnas de⁹. Per omīa secula seculorum. Amen. Dn̄e exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Benedicamus domīo. Deo gratias.

Recommendatio.

Has horas canonicas cum deuotione. Tibi sancte spiritus pia ratione Dixi vt nos visites inspiratione. Vt viuamus iugiter celi regione.

Antiphona ad beatā virginē mariam

Pour lēpereur est ve-ronne venue Par saint clement notablement receue.

Leur filz cayn me fist p̄mier hōmage. en respādant le sang de son lignaige. Quāt il occist abel le bō ⁊ iuste. Par

enuie luy fist ce dur oultraige. Et luy brassa ce trescruel bruuaige. Dōt en enfer est pugny cōme iniuste.

Salue regina misericordie: vita dulce
do et spes nostra salue: ad te clama
mus exules filii eue: ad te suspiramus ge
mentes ⁊ flentes in hac lachrymarũ valle
Eya ergo aduocata nostra illos tuos mi
sericordes oculos ad nos conuerte et iesum
benedictum fructum vẽtris tui nobis post
hoc exiliũ ostẽde. O clemẽs. O pia. O dul
cis maria. ℣. Aue maria grã plena dñs te
cum. ℟. Benedicta tu in mulieribus ⁊ be
nedicus fructus ventris tui. Oratio.
Omnipotẽs sempiterne deus: qui glo
riose virginis matris marie corpꝰ et
aĩam vt dignũ filii tui habitaculum effici
mereretur spiritu sancto cooperãte prepa
rasti: da vt cuius cõmemoratione letamur
eius pia intercessione ab instãtibus malis
et a morte perpetua atqꝫ subitanea libere
mur. Per. Fidelium anime defunctoꝝ per
miam dei requiescant in pace. Amen. ps.
Deus misereatur nostri. quere in laudibꝰ
℣. Domine deus virtutum conuerte nos.
℟. Et ostende faciem tuã et salui erimus.
℣. Exurge dñe adiuua nos. ℟. Et libera
nos propter nomen tuum. Domine exau
di orationem meam. Et clamor meus ad
te veniat. Oratio.
Deus qui illuminas noctem ⁊ lucem
post tenebras facis: cõcede nobis fa



mulis tuis: Ut hãc noctẽ sine ullo impedi-
mento sathane transeamus atqz in matu
tinis horis ad sanctũ altare tuũ recurren-
tes: tibi dño deo uiuo ⁊ uero laudes ⁊ gra-
tias referamus. Per dominum. ℣. Oro.
Protector in te sperantium deus sine
quo nichil est ualidum nichil sanctũ
multiplica sup nos misericordiã tuã: ut te
rectore te duce sic transeamus p bona tẽpo
ralia ut non amittamus eterna. Per dñm.
℟. Pro fidelib⁹ defunctis ℟. Psalmus.
De profundis clamaui ad te domi-
ne: domine exaudi uocem meam.
Fiant aures tue intendentes: in uocẽ de
precationis mee. Si iniquitates obserua
ueris domine: dñe quis sustinebit. Quia
apud te propiciatio est: et propter legẽ tuaz
sustinui te domĩe. Sustinuit anima mea
in uerbo eius: sperauit anima mea in domi
no. A custodia matutina usqz ad noctem
speret israel in domino. Quia apud domi
num misericordia et copiosa apud eum re-
demptio. Et ipse redimet israel ex omni-
bus iniqtatibus eius. Requiẽ eternã dona
eis dñe. Et lux perpetua luceat eis. Dñe
exaudi orõnẽ meã. Et clamor me⁹ ad te ue
niat. Reqre orõnes in officio p defunctis.
℟. In aduẽtu dñi officiũ beate marie dici
tur modo predicto exceptis specialib⁹ añis

Saint clement deuant lempereur presche

Et par veronne le gue-
rist de sa lepre.

Ainsi dõcqs en possessiõ
mise, ay prins depuis a
ma seulle deuise. Ceulx
qui ma pleu pour par-
faire ma dance. Dame

nature est toute submi
se a mon bõ vueil a ma
ppre deuise. Sãs exce-
pter ne beaulte ne vail-
lance.

in tempore inferius ordinatis. Ad vespe-
ras primi sabbati de aduentu domini: dici-
tur officium modo subscripto.
Sabbato ante primā dñicā de aduētu.
Ad vesperas. Deus in adiutoriū meū in-
tēde. Domine ad adiu. Gloria patri. ān.
Missus est. cum reliquis añis de laudibꝰ.
pi. Dixit dñs. Laudate pueri dominū. cū
reliquis psalmis. Capitulum.
Egredieť virga de radice iesse: ⁊ flos
de radice eius ascendet: et requiescet
sup eum spūs dñi. Deo gratias. Hymnus
Aue maris stella. ℣. Diffusa est gratia in
labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te deꝰ
ineternum. Ad magnificat. ān. Spiritus-
sanctus in te descendet maria: ne timeas
habens in vtero filium dei allelupa. Kyri
eleyson. Christe eleyson. Kyri eleyson. Do
mine exaudi orationem meam. Et clamor
meus ad te veniat. Oratio.
Deus qui de beate marie virginis vte-
ro verbū tuū angelo nunciante car-
nem suscipere voluisti: presta supplicibus
tuis: vt qui vere eā dei genitricē credimus
eius apud te intercessionibus adiuuemur.
Per eundem. ān. Ecce dominus veniet et
omnes sancti eius cum eo: et erit in die illa
lux magna allelupa. ℣. Ecce apparebit
dominus sup nubem candidam. ℟. Et cū

eo sanctorum milia. Oratio.

Conscientias nostras quesumus do-
mine visitando purifica: vt veniēs
dñs noster iesus xps cū oībus sanctis: pa-
ratam sibi in nobis inueniat mansionem.
Qui tecum viuit et regnat in vnitate. &c.
Benedicamus dño. Deo gratias. Ad cō-
pletoriū. Conuerte nos deꝰ salutaris nr̄.
Et auerte irā tuā a nobis. Deus in adiu-
toriū. Domine ad adiu. Gloria patri. pi.
Sepe expugnauerūt. De profundis. Do-
mine non est exaltatū. Hymnus. Memen-
to salutis auctor. vt̄s. Capitulum.
Ecce virgo cōcipiet & pariet filiū & vo-
cabit̄ nomē eius emanuel. Butyrū
& mel comedet: vt sciat reprobare malum &
eligere bonū. Deo grās. Vꝰ. Angelus dñi
nūciauit marie. ℟. Et concepit de spū sctō.
ān. Spūssanctus. ps. Nunc dimittis. ān.
Spūssanctus. Quere in vesperis. Ad ma-
tutinas oīa dicuntur sicut ante aduentum
dñi vsqz ad lectōes excepto ān. noni psalmi
Et loco eius vbi dicit̄ Post partū. dicit̄ ān.
Angelus. Et loco illaꝝ lectionū: Scilicet
In oībꝰ requiē. Et sic in sxō. Quasi cedrus
dicunt̄ lectōes q̄ sequunt̄. Lectio prima.
Missus est gabriel angelus a deo in ci-
uitatem galilee cui nomen nazareth
ad virginem desponsatam viro cui nomen

Dessus ce beuf qui sen
va pas a pas assise suis
& ne le haste pas. tout a
mō aise ie mors & eguil
lonne. Les plꝰ bruyās

sans reigle ne compas
Soyēt asseurez que ne
les doubte pas. Et fus
sent ducz ou roys por-
tant couronne.

Hay a pylate demanda
le tribu

Qui luy refuse & envoye
confus

erat ioseph de domo dauid: ⁊ nomen virgi-
nis maria. Et ingressus angelus ad eã di
xit. Aue maria grã plena dñs tecũ: benedi
cta tu in mulieribꝰ. Tu autẽ dñe miserere
nr̃i. Deo grãs. ℞. Missus est gabriel an-
gelus ad mariã virginẽ desponsatã ioseph
nũciãs ei verbũ ⁊ expauescit v̾go de lumi
ne: ne timeas maria inuenisti gratiã apud
dñm. Ecce cõcipies ⁊ paries filiũ: ⁊ vocabi
tur altissimi filius. ℣. Dabit ei dñs deꝰ se-
dem dauid pr̃is eius ⁊ regnabit in domo ia
cob ineternũ. Ecce ꝯcipies. Lectio scd̃a.

Que cũ audisset turbata est in sermo-
ne eius ⁊ cogitabat qualis esset ista
salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas
maria: inuenisti enĩ grãm apud deũ. Ecce
ꝯcipies in vtero ⁊ paries filium: ⁊ vocabis
nomen eius iesum. Hic erit magnus ⁊ filiꝰ
altissimi vocabit̃. Et dabit illi dñs deꝰ se-
dẽ dauid pr̃is eius: ⁊ regnabit in domo ia-
cob ĩeternũ: ⁊ regni eius nõ erit finis. Tu
autẽ. ℞. Aue maria grã plena dñs tecum.
Spũssctũs superueniet in te: ⁊ virtus altissi
mi obũbrabit tibi: qd̃ enim ex te nascet̃ san
ctũ vocabit̃ filius dei. ℣. Quomõ fiet istud
qm̃ virũ nõ cognosco? Et respõdens ange
lus dixit ei. Spũssctũs. Lectio tertia.

Dixit aũt maria ad angelum. Quo
modo fiet istud qm̃ virũ non cogno-

sco: Et respondens angelus dixit ei. Spi-
ritussanctus superueniet in te: ⁊ virtus al-
tissimi obũbrabit tibi. Ideoqȝ et qđ nasceť
ex te sctm̃ vocabiť filius dei. Et ecce eliza-
beth cognata tua ⁊ ipa ꝯcepit filiũ in sene-
ctute sua. Et hic mẽsis est sextus illi q vo-
cať sterilis: qꝛ nõ erit impossibile apud deũ
omne verbũ. Dixit aũt maria. Ecce ancil-
la dñi. Fiat michi scdm verbũ tuũ. Tu au-
tẽ. ℟. Suscipe verbuȝ virgo maria qđ tibi
a dño ꝑ angelum trãsmissum est: cõcipies
deũ pariter ⁊ hoĩem Ut bñdicta dicaris in-
ter oẽs mulieres. ℣. Paries quidẽ filium ⁊
virginitatis nõ patieris detrimentũ: effi-
cieris grauida et eris mater semꝑ intacta.
Ut benedicta dicaris. Gloria patri ⁊ filio.
Ut benedicta dicaris. In laudibus. ãn.
Missus est gabriel angelus ad ma-
riam virginẽ desponsatã ioseph. ps.
Dñs regnauit. ãn. Aue maria grã plena
dñs tecũ: benedicta tu in mulieribus ⁊ be-
nedictus fructus ventris tui alleluya. ps.
Jubilate deo. ãn. Ne timeas maria inueni-
sti gratiã apud dñm: ecce cõcipies ⁊ paries
filiũ alleluya. ps. Deus deus meus. ãn.
Dabit ei dñs sedẽ dauid patris eius ⁊ re-
gnabit in domo iacob ineternũ. ps. Bene-
dicite omnia. ãn. Ecce ancilla domini fiat
michi scdm verbũ tuũ. ps. Laudate domi-

Lage souuẽt qui est viel
et caducque. qui ablan
chit sou tãt noire per-
uque. Endort les gẽs
entãdis q̃ le viẽs. Il ne

craignent haubert da-
cier ne hucque. Soul-
dain laproche ⁊ sur leur
corps le buq̃ tout a vng
coup les rẽuerse en ficts



Pylate a son conseil
tenu

Scayoir sil doibt ren
dre tribu

num de celis. Capitulum. Egredietur. q̃re in primis vesperis. Hymnꝰ. O gloriosa domina. ℣. Bñdicta tu in mulieribꝰ. ℟. Et benedictus fructus ventris tui. Ad benedictus. añ. Spiritussanctus. Kyri eleyson. Christe eleyson. Kyri eleyson. Oro. Deus qui de beate marie. añ. Ecce dñs veniet. ℣. Ecce apparebit. ℟. Et cũ eo. Oratio. Conscientias. quere totum in primis vesperis. añ. Aue stella matutina. Ad primam. añ. Missus est gabriel. ℣. Dignare me laudare te virgo sacrata. ℟. Da michi virtutem contra hostes tuos. Oratio. Deus qui de beate marie. añ. Ecce dominus veniet. ℣. Ecce apparebit. ℟. Et cũ eo. Oratio. Conscientias nostras. Et dicitur ad omnes horas. Ad tertiã. añ. Aue maria. Cp̃m. Egredietur. ℣. Diffusa est. Pro sanctis. vt̃s. Ad sextam. añ. Ne timeas. ¶ Capitulum.

Dabit ei dñs sedem dauid patris eius ⁊ regnabit in domo iacob ineternũ: ⁊ regni eius nõ erit finis. Deo grãs. ℣. Benedicta tu in mulieribꝰ. ℟. Et benedictus fructꝰ ventris tui. Pro sanctis. vt̃s. Ad nonã. añ. Ecce ancilla. Capitulum. Ecce virgo concipiet. ℣. Angelus domini. ℟. Et cõcepit. Orationes ⁊ versiculi de sanctis. vt̃s. Ad vesperas ⁊ completorium. vt̃s. Benedicamus domino. Deo gratias.

Notādum est ꝙ aduentus domini semper incipit in dominica ꝓximiori festo sancti andree siue sit ante siue sit post. Verūtamen si accidat ꝙ festuz sancti andree cadat in dn̄ica etiam ibi in eadem dominica debemus incipere aduētum domini. Et quādo festuz beati andree est in die iouis: veneris vel sabbati aduentus domini erit in dominica sequenti. Quando vero est in die lune: martis vel mercurii aduentus dn̄i incipit in dominica precedenti. Et hec sufficiant.

Vlterius notandum est ꝙ a vigilia natiuitatis domini vsqȝ ad purificationē beate marie: fit officium sicut ante aduentum excepto ꝙ per oēs horas dicitur hec oratio. Deus qui salutis. additis orationibus de apostolis cum aliis: et cum versiculis et antiphonis sicut notatum est ante aduentum in officio. Et nota ꝙ nichil mutatur in matutinis: sed dicitur ad longum sicut sunt notata. Item ad laudes ⁊ per omnes horas diei ⁊ ad vesperas ⁊ ad completorium: dicuntur antiphone que sequūtur: qꝛ loco illius an̄e Assumpta est. dicitur hec ān. O admirabile cōmercium creator generis humani animatum corpus sumens de virgine nasci dignatus est et procedens homo sine semine largitus est nobis suā deitatem. ps. Dominus regnauit. ān. Quan

Dieu plusieurfoys en vengeāce cruele. Dōne aux pecheurs dissenciō mortelle. Pour leurs meffaisl sqlle ou nōme

guerre. Et ceste cy tant de viuās martelle. que mō fier vart fust pl⁹ cler q̄ est icelle, en c̄ tout rouge vl⁹ ne se fault c̄q̄rre.

En hierusalem vint grāt erre

Casparic pour la mettre par terre.

do natus est ieffabiliter ex virgine maria
tuncimplete sunt scripture: sicut pluuia in
vellus descendisti vt saluũ faceres genus
humanum te laudamus deus noster. ps.
Jubilate deo. ãn. Rubũ quẽ viderat moy-
ses incombustum conseruatã agnouimus
tuam laudabilem virginitatẽ dei genitrix
intercede ꝓ nobis. ps. Deus deus meus.
ãn. Germinauit radix iesse orta est stella
ex iacob virgo peperit saluatorẽ te lauda-
mus deꝰ noster. Benedicite omnia. ãn. Ec
ce maria genuit nobis saluatorem quẽ io-
hãnes vidẽs exclamauit dicens: ecce agnꝰ
dei: ecce qui tollit peccata mundi alleluya.
ps. Laudate dominum de celis. Ad benedi
ctus. ãn. Mirabile mysteriũ declaratur ho
die innouantur nature deus homo factus
est id quod fuit permansit: ⁊ quod non erat
assumpsit non cõmixtionẽ passus neqꝫ di-
uisionem. ps. Benedictus dñs deus israel
Ad Magnificat: ⁊ ad nũc dimittis. ãn. Ma
gnum hereditatis misterium templum dei
factus est vterus nesciens virum non est
pollutus ex ea carnem assumens: omnes
gentes venient dicentes gloria tibi domĩe.
¶ Sciendum est ꝙ a vigilia pasche vsqꝫ
ad ascentionem domini: fit officium beate
marie sicut ante aduentũ: excepto ꝙ ad be
nedictus et ad Magnificat: dicitur hec ãn.

Regina celi letare allelupa. Quia quē me ruisti portare allelupa. Resurrepit sicut di pit allelupa. Ora ꝓ nobis deū allelupa.

¶ Specialis salutatio ad beatam virginem mariam.

Ave cuius ꝯceptio solenni plena gaudio: celestia terrestria noua replet leticia. Aue cuius natiuitas nostra fuit solennitas: ut lucifer lup oriens verū solem preueniens. Aue pia humilitas sine viro fecunditas: cuius annunciatio nostra fuit redēptio. Aue vera virginitas immaculata castitas: cuiꝰ purificatio nostra fuit purgatio. Aue preclara oībus angelicis virtutibus: cuius fuit assumptio nr̄a glorificatio. ℣. Ora pro nobis sanctissima dei genitrip. ℟. Ut digni efficiamur promissionibus christi. Oratio.

Deus qui nos cōceptionis: natiuitatis: annunciationis: purificationis: et assumptionis beate marie virginis gaudia recolendo letificas: concede nobis sic eius laudibus digne insistere ut eam in oī necessitate ⁊ angustia: pcipue in hora mortis assistentē ⁊ auxiliatricē. Per dn̄m.

¶ Sequuntur septem psalmi penitentiales. an̄. Ne reminiscaris. ¶ Psalmus.

Par famine fais les autres destruire. dieu tout puissant tant q̄ nōbrer ouvrire ipossible est brief le fais tout mourir.

Nul nest q̄ peult de mōdart contredire. ne resister a si cruel martyre. Pour lāguissans en ce cas contredire.

A grāt armee lup ⁊ son filz Tytus

Devant le temple salomō sont venus

Domine ne in furore tuo ar guas
me neq; in ira tua corripias me.
Miserere mei domīe quoniam

infirmus sum sana me dñe: quoniã contur
bata sunt ossa mea. Et anima mea turba
ta est valde: sed tu dñe vsquequo. Conuer
tere dñe et eripe animã meã: saluũ me fac
ꝓpter misericodiã tuã. Quoniã non est in
morte qui memor sit tui in inferno autẽ qs
ꝯfitebitur tibi. Laboraui in gemitu meo
lauabo per singulas noctes lectũ meũ la-
chrymis meis stratũ meũ rigabo. Turba
tus est a furore oculus meus inveteraui in
ter omnes inimicos meos. Discedite a me
oẽs qui operamini iniquitatem: quoniam
exaudiuit dñs vocẽ fletus mei. Exaudi-
uit dñs deprecationẽ meã: dñs orationem
meã suscepit. Erubescãt ⁊ conturbẽtur ve
hementer oẽs inimici mei: conuertantur ⁊
erubescãt valde velociter. Gloria. Ps.
Beati quorum remisse sunt iniquitates
et quorum tecta sunt peccata. Bea-
tus vir cui nõ imputauit dñs peccatũ: nec
est in spiritu eius dolus. Quoniã tacui in
ueterauerunt ossa mea dum clamarem to-
ta die. Quoniã die ac nocte grauata est su
per me manus tua cõuersus sum in erũna
mea dũ configitur spina. Delictũ meũ co
gnitũ tibi feci: ⁊ iniusticiã meã nõ abscõdi.
Dixi cõfitebor aduersum me iniusticiam
meam dño: ⁊ tu remisisti impietatẽ peccati
mei. Pro hac orabit ad te oĩs sanctus in

tēpore oportuno. Uerūtamen in diluuio aquaꝝ multarum ad eū nō aproximabūt. Tu es refugiū meū a tribulatione q̄ circūdedit me: exultatio mea erue me a circūdātib⁹ me. Intellectū tibi dabo ⁊ instruā te in via hac qua gradieris firmabo sup te oculos meos. Nolite fieri sicut equus et mulus quibus nō est intellectus. In chamo ⁊ freno maxillas eoꝝ cōstringe: qui nō approximāt ad te. Multa flagella peccatoris sperantē autē in dn̄o misericordia circūdabit. Letamini in dn̄o ⁊ exultate iusti: et gloriamini oēs recti corde. Gloria.

Domine ne in furore tuo arguas me neqꝫ in ira tua corripias me. Quoniā sagitte tue infixe sunt michi: ⁊ confirmasti sup me manū tuā. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue nō est pax ossibus meis a facie peccatoꝝ meoꝝ. Quoniā iniquitates mee supgresse sunt caput meū: ⁊ sicut onus graue grauate sunt sup me. Putruerūt ⁊ corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee. Miser factus sum ⁊ curuatus sum vsqꝫ in finem tota die contristatus ingrediebar. Quoniā lumbi mei impleti sunt illusionibus ⁊ nō est sanitas in carne mea. Afflictus sum ⁊ humiliatus sum nimis rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium

Mortalite ma bōe chābriere. qui mains miliers en faict coucher en biere. Souuēt en terre par luy si est trāsmise.

Je la treschere cest ma propre banniere. Mon vray guide pour tenir la frōtiere. nature humaine est a elle submise.

Puis lempereur a cōmande

Et lon face tout a cur fe stez

meū: ⁊ gemitus meus a te nō est abscondi-
tus. Cor meū conturbatū est dereliqt me
virtus mea: ⁊ lumē oculoꝝ meoꝝ ⁊ ipsum
nō est mecum. Amici mei ⁊ ꝓximi mei ad
uersum me appropinquauerūt ⁊ steterunt.
Et qui iuxta me erāt de longe steterunt ⁊
vim faciebāt qui querebāt aīam meā. Et
q̇ inquirebāt mala michi locuti sunt vani-
tates: ⁊ dolos tota die meditabatur. Ego
autē tanq̄ surdus non audiebā: ⁊ sicut mu
tus non aperiens os suū. Et factus sum
sicut homo nō audiēs ⁊ nō habēs in ore suo
redargutiones. Quoniā in te dn̄e speraui
tu exaudies me dn̄e deus meus. Quia di
xi nequando supergaudeant michi inimici
mei et dum cōmouentur pedes mei sup me
magna locuti sunt. Quoniam ego in fla-
gella paratus sum: ⁊ dolor meus in cōspe
ctu meo semper. Quoniā iniquitatē meā
annunciabo et cogitabo pro peccato meo.
Inimici autē mei viuūt ⁊ cōfirmati sunt
super me: et multiplicati sunt q̇ oderūt me
inique. Qui retribuūt mala ꝑ bonis: de-
trahebant michi: q̄m sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me dn̄e de⁹ meus ne di-
scesseris a me. Intende in adiutoriū meū
dn̄e de⁹ salutis mee. Gloria patri. Ps.
Miserere mei de⁹: scd̄m magnā miam
tuā. Et scd̄m multitudinē misera-

tionū tuaꝝ: dele iniquitatē meā. Amplius
laua me ab iniq̄tate mea: et a peccato meo
munda me. Quoniā iniq̄tatē meā ego co-
gnosco: ⁊ peccatū meū cōtra me est semper.
Tibi soli peccaui et malum corā te feci vt
iustificeris in sermonibꝰ tuis ⁊ vincas cū
iudicaris. Ecce enī in iniq̄tatibꝰ ꝯceptus
sum: et in peccatis concepit me mater mea
Ecce enī veritatē dilexisti incerta ⁊ occul
ta sapiētie tue manifestasti michi. Asper
ges me dn̄e ysopo ⁊ mundabor: lauabis me
et super niuem dealbabor. Auditui meo
dabis gaudium et leticiam et exultabunt
ossa humiliata. Auerte faciē tuā a pecca-
tis meis: et omnes iniquitates meas dele.
Cor mundū crea in me deus: ⁊ spiritū re-
ctum innoua in visceribꝰ meis. Ne proii-
cias me a facie tua ⁊ spiritū sanctum tuū
ne auferas a me. Redde michi leticiam sa
lutaris tui: et spiritu principali confirma
me. Docebo iniquos vias tuas: et ipii ad
te conuertentur. Libera me de sanguini-
bus deus deus salutis mee: et exultabit
lingua mea iusticiam tuam. Domine la-
bia mea aperies: et os meum annunciabit
laudem tuam. Quoniam si voluisses sa-
crificium dedissem: vtiq̄ holocaustis non
delectaberis. Sacrificiū deo spiritus con
tribulatus: cor contritū ⁊ humiliatū deus

En grant reuerence et honneur

Receut baptesme lempereur.

Les fortunez ⁊ les mon
dains eureux. Fais mai
tesfois dolent craintifz
poureux. Quāt de mō
dart si cruel les surmō

te pas en oubli ne mes
ces amoureux mais en
ma dāce ie les fais pos
sesseurs. car ie ne tiēgne
damours ne deux cōte.



nō despicies. Benigne fac dn̄e in bona vo-
luntate tua syon: vt edificent̄ muri hieru-
salem. Tunc acceptabis sacrificiū iusticie
oblationes ⁊ holocausta: tunc imponēt su-
per altare tuū vitulos. Gloria pri. Ups.
Domine exaudi orationē meā: et cla-
mor meus ad te veniat. Non auer-
tas faciē tuā a me in quacūqȝ die tribulor
inclina a me aurē tuā. In quacūqȝ die in-
uocauero te: velociter exaudi me. Quia
defecerūt sicut fumus dies mei ⁊ ossa mea
sicut cremiū aruerūt. Percussus sum vt
fenū ⁊ aruit cor meū: quia oblitus sum co-
medere panē meū. A voce gemitus mei
adhesit os meū carni mee. Similis fact⁹
sum pellicano solitudinis: factus sum si-
cut nicticorax in domicilio. Uigilaui ⁊ fa-
ctus sum sicut passer: solitarius in tecto.
Tota die exprobrabāt michi inimici mei:
⁊ q̊ laudabant me aduersum me iurabant.
Quia cinerē tanq̄ panē manducabā: ⁊ po-
tum meū cum fletu miscebā. A facie ire
indignationis tue: quia eleuās allisisti me
Dies mei sicut vmbra declinauerūt ⁊ ego
sicut fenū arui. Tu autē dn̄e in eternum
pmanes: et memoriale tuū in generatione
⁊ generationē. Tu exurgens dn̄e misere-
beris syon: qr tēpus miserēdi eius quia ve-
nit tēpus. Quoniā placuerūt seruis tuis

lapides eius: et terre eius miserebuntur. Et timebũt gẽtes nomen tuũ dñe: et oẽs reges terre gloriã tuam. Quia edificauit dñs syon ⁊ videbitur in gloria sua. Respexit in oratione humiliũ ⁊ non spreuit precẽ eorum. Scribantur hec in generatione altera: ⁊ populus qui creabitur laudabit dñm. Quia ꝓspexit de excelso sancto suo: dñs de celo in terrã aspexit. Ut audiret gemitus cõpeditorum: vt solueret filios interẽptorum. Ut annũcient in syon nomẽ domini ⁊ laudẽ eius in hierusalem. In conueniẽdo populos in vnũ: ⁊ reges vt seruiãt dño. Respõdit ei in via virtutis sue paucitatẽ dierũ meorum nũcia michi. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione ⁊ generationẽ anni tui. Initio tu dñe terram fundasti: ⁊ opa manuũ tuarum sunt celi. Ipsi peribũt tu autẽ ꝑmanes ⁊ oẽs sicut vestimẽtũ veterascẽt. Et sicut opertoriũ mutabis eos ⁊ inutabuntur tu autem idẽ ipse es: ⁊ anni tui nõ deficiẽt. Filii seruorum tuorum habitabũt: ⁊ semen eorum in seculum dirigetur. Gloria patri. Psalmus.

De profnndis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocẽ meã. Fiant aures tue intendẽtes: in vocẽ deprecatiõis mee. Si iniqtates obseruaueris dñe: dñe q̇s sustinebit. Quia apud te ꝓpiciatio est: ⁊ ꝓpter

Jay maladie ma loyal le seruãte. Qui de tuer pas tousiours ne se vãte. Car a plusieurs elle donne respit. Celuy

pourtãt ia trop tot ne sevante. Car tout soudain sans faire longne attẽte. je les tresperce par vng cop trop subit.

En lair voyez signes admirables

De chariotz ⁊ de gensdarmes.

legē tuam sustinui te dn̄e. Sustinuit aīa
mea in verbo eius sperauit aīa mea in dn̄o
A custodia matutina vsqꝫ ad noctē speret
israel in dn̄o. Quia apud dn̄m mīa et co-
piosa apud eū redēptio. Et ipse redimet is-
rael: ex oīb⁹ iniq̄tatib⁹ eius. Gloria. Ps.
Domine exaudi orōnē meā aurib⁹ pci-
pe obsecrationē meā in veritate tua
exaudi me in tua iusticia. Et nō itres ī iu-
diciū cū seruo tuo: qꝛ nō iustificabit̄ in ꝯspe-
ctu tuo oīs viuēs. Quia ꝑsecut⁹ est inimic⁹
aīaz meā humiliauit ī terra vitā meā. Col-
locauit me ī obscuris sicut mortuos seculi:
⁊ anxiat⁹ est sup me spūs me⁹ in me turba-
tū est cor meū. Memor fui dierꝝ antiquorū
meditat⁹ sum in oīb⁹ opib⁹ tuis: ⁊ in factis
manuū tuarū meditabar. Expādi man⁹
meas ad te aīa mea sicut terra sine aqua ti-
bi. Velociter exaudi me dn̄e: defecit spūs
me⁹. Nō auertas faciē tuā a me ⁊ silis ero
descēdētib⁹ in lacū. Auditā fac michi ma-
ne mīam tuā qꝛ ī te spaui. Notā fac michi
viā ī qua ambulē qꝛ ad te leuaui aīaz meā
Eripe me de inimicis meis dn̄e ad te ꝯfugi
doce me facere voluntatē tuā qꝛ de⁹ me⁹ es
tu. Spūs tu⁹ bon⁹ deducet me ī terrā rectā
ꝓpt nomē tuū dn̄e: viuificabis me in eq̄ta-
te tua. Educes de tribulatōe aīaz meā: ⁊ ī
mīa tua dispdes oēs inimicos meos. Et per



des oẽs q̃ tribulãt aĩam meã qm̃ ego seruꝰ tuꝰ sum. Glia.ãn. Ne reminiscaris dñe delicta nr̃a vel parẽtũ nr̃oꝝ neqꝫ vindictã sumas de pctis nostris. Parce dñe parce populo tuo quẽ redemisti p̄cioso sanguĩe tuo: ne ĩeternum irascaris nobis. Letania.

Kyri eleyson. Christe eleyson. Kyri eleyson. Christe audi nos. Christe exaudi nos. Pater de celis deus: miserere nobis. Fili redemptor mundi deus: miserere nobis. Spiritus sctẽ deus: mi.n. Sancta trinitas vn̄ꝰ deꝰ: miserere nobis.

Sancta maria Ora pro nobis.
Sancta dei genitrix orꝑ
Sancta virgo virginum orꝑ
Sancte michael orꝑ
Sancte gabriel orꝑ
Sancte raphael orꝑ
Omnes scti angeli ⁊ archãgeli dei. orat.
Omnes scti btõꝝ spirituũ ordines. orat.
Sancte iohannes baptista orꝑ
Omnes sancti patriarche ⁊ ꝑphete. orat.
Sancte petre orꝑ
Sancte paule orꝑ
Sancte andrea orꝑ
Sancte iacobe Ora pro nobis.
Sancte iohannes orꝑ
Sancte philippe orꝑ
Sancte iacobe orꝑ

Ie dautre pt q̃ iamais
ne sommeille. Accidẽt q̃
les humains trauaille.
En plusieurs sortes et
diuerse facon. Par feu

par eaue par chure cest
merueille. Puis par
poison soit blanche soit
vermeille. Dõt accidẽt
en est vray eschancon.

En l air ce sont signes monstrez
Dont iuifz sont moult emerueillez

Sancte bartholomee Ora pro nobis.
Sancte thoma or.
Sancte mathee or.
Sancte symon or.
Sancte iuda or.
Sancte thadee or.
Sancte mathia Ora pro nobis
Sancte barnaba or.
Sancte luca or.
Sancte marcialis or.
Omnes sctī aplī & euāgeliste dei. orate.
Omnes sancti discipuli domini orate.
Omnes sctī innocentes. Orate pro nobis
Sancte stephane or.
Sancte clemens or.
Sancte sebastiane or.
Sancte laurenti or.
Sancte vincenti or.
Sancte thoma or.
Sancte geruasi Ora pro nobis.
Sancte prothasi or.
Sancte dyonisii cum sociis tuis or.
Sancte maurici cum sociis tuis or.
Sancte eustachi cum sociis tuis or.
Sancte georgi or.
Sancte eutropi or.
Sancte quintine or.
Omnes sancti martyres. Orate ꝑ nobis
Sancte siluester or.

Sancte gregori .... or.
Sancte nichasi .... or.
Sancte ambrosi .... or.
Sancte augustine .... Ora pro nobis.
Sancte hieronyme .... or.
Sancte remigi .... or.
Sancte marcelle .... or.
Sancte nicolae .... or.
Sancte eligi .... or.
Sancte egidi .... Ora pro nobis.
Sancte iuliane .... or.
Sancte benedicte .... or.
Sancte maure .... or.
Sancte leobine .... or.
Sancte sulpici .... Ora pro nobis.
Sancte leonarde .... or.
Sancte guillerme .... or.
Omnes scti ꝯfessores ⁊ põtifices dei. orat.
Sancta anna .... or.
Sancta maria magdalena .... or.
Sancta agatha .... or.
Sancta agnes .... or.
Sancta lucia .... or.
Sancta cecilia .... or.
Sancta katherina .... Ora pro nobis.
Sancta barbara .... or.
Sancta margareta .... or.
Sancta fides .... or.
Sancta spes .... or.

Puis ces brigans lar
rõs meurtriers iniques
Amys de mort et serfz
dyaboliq̃s Car pleurs
mais plusieurs me sõt

rẽdus. Leur fait aprou
ue ⁊ tiẽs pour autẽtiq̃
mais nõobstãt le ꝯsens
p pratiq̃. q̃ les larrons
soyẽt au gibet pendus.

Lemperenr ce voyant ... A voulu estre baptize en fonte

Sancta charitas or.
Omnes sancte virgines orate.
Omnes sancti ꝛ sctē dei. Orate ꝑ nobis.
Propicius esto: parce nobis dn̄e. Propi-
cius esto: exaudi nos dn̄e. Ab oī malo. Li-
bera nos dn̄e. Ab insidiis dyaboli. libera.
A dānatione ꝑpetua. li. A spiritu forni-
cationis. li. Ab appetitu inanis glorie. li.
Ab ira ꝛ odio ꝛ omi mala voluntate. libe.
A cecitate cordis. li. A fulgure ꝛ tēpesta
te. li. A subitanea ꝛ improuisa morte. libe.
Per mysteriū sctē incarnationis tue. lib.
Per aduentum tuum: libera nos domine
Per natiuitatem tuā. li. Per passionem
crucem et mortem tuam. libera. Per glo-
riosam resurrectionem tuā. libera nos dn̄e
Per admirabilem ascēsionem tuam. libe.
Per gratiam sancti spiritus paracliti. li-
bera nos domīe. In hora mortis succur-
re nobis domīe. In die iudicii. libera nos
domine. Peccatores. Te rogamus audi
nos. Ut pacem nobis dones. te rog. Ut
ecclesiam tuam regere et defensare digne-
ris. te rog. Ut misericordia et pietas tua
nos custodiat. te rog. Ut omnibus bene-
factoribus nostris sempiterna bona retri-
buas. te rogamus audi nos. Ut omnibꝰ
fidelibus defunctis requiem eternam do-
nes. te rogamus audi nos. Ut omnia pec

cata nostra nobis dimittas. te rog. Ut nos
exaudire digneris. te rog. Fili dei. te rog.
Fili dei. te rog. Agnus dei qui tollis pec
cata mundi: parce nobis domine. Agnus
dei q̇ tollis peccata mūdi: exaudi nos dn̄e.
Agnus dei qui tollis peccata mundi: do-
na nobis pacē. Kyri eleyson. Christe eley-
son. Kyri eleyson. Pater noster. Et ne nos.
Sed libera. Psalmus.
Deus in adiutoriū meū intende: dn̄e
ad adiuuandum me festina. Con-
fundantur et reuereātur: qui querūt aīam
meā. Auertātur retrorsum ꝛ erubescant:
q̇ volunt michi mala. Auertātur statim
erubescentes: qui dicunt michi euge euge.
Exultēt ꝛ letentur in te omnes qui que-
runt te: ꝛ dicant semper magnificetur do-
minus qui diligunt salutare tuum. Ego
vero egenus ꝛ paup sum: deus adiuua me
Adiutor meus ꝛ liberator meus es tu: do
mine ne moreris. Gloria pri. Sicut erat.
℣. Saluos fac seruos tuos et ancillas tu-
as. ℟. Deus meus sperātes in te. ℣. Esto
nobis domine turris fortitudinis. ℟. A fa
cie inimici. ℣. Nichil proficiat inimicus in
nobis. ℟. Et filius iniquitatis non appo-
nat nocere nobis. ℣. Domine secundū pec
cata nostra facias nobis. ℟. Neqꝫ secun-
duꝫ iniqtates nostras retribuas nobis. ℣.

Car iustice qui souuent
mācicipe. larrōs dept
lung de lautre ꝛ dissipe
Pour les faire venir
en mes mains rendre.

Lūg p la corde le bour
reau emācipe. Lautre
est noye p aīsi ie lagri-
pe. Car en la fin fault q̄
compte on me rende.

Ung fol criant par ad
miracion

Ve ve sur vous filles
de syon.

Oremus pro papa nostro. ℞. Domin⁹ conseruet eum et viuificet eum et beatū faciat eum in terra et non tradat eum in animam inimicorum eius. ℣. Oremus pro benefactoribus nostris. ℞. Retribuere dignare domine omnibus nobis bona facientibus propter nomē sanctum tuum vitam eternam Amen. ℣. Oremus pro fidelibus defunctis ℞. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescant in pace. Amen. ℣. Oremus pro fratribus nostris abscentibus. ℞. Saluos fac seruos tuos et ancillas tuas deus meus sperantes in te. ℣. Mitte eis domine auxilium de sancto. ℞. Et de syon tuere eos. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Deus cui proprium est misereri semper et parcere suscipe deprecationē nostrā: vt quos delictorum cathena constringit miseratio tue pietatis absoluat. Per. Oratio.

Exaudi quesumus dn̄e supplicum preces et confitentiū tibi parce peccatis vt pariter indulgētiam: nobis tribuas benignus et pacem. Per. Oratio.

Ineffabilem nobis dn̄e miam tuam clemēter ostēde: vt simul nos et a peccatis oib⁹ exuas: et a penis quas pro his meremur eripias. Per. Oratio.

Deus qui culpa offenderis peniten-
tia placaris preces populi tui suppli
cantis propicius respice: ⁊ flagella iracun
die tue que ꝑ pctis nostris mereinur auer-
te. Per dominum. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus misere
re famulo tuo. N. pape nostro: ⁊ diri
ge eũ scdm clemētiã tuã in viã salutis eter
ne vt te donante tibi placita cupiat: et tota
virtute perficiat. Per dñm. Oratio.
Deus a quo sancta desideria recta cõ
silia ⁊ iusta sunt opa: da seruis tuis
illam quam mundus dare non potest pacē
vt ⁊ corda nostra mandatis tuis dedita et
hostium sublata formidine tēpora sint tua
ꝓtectione trãquilla. Per dñm. Oratio.
Ure igne sancti spiritꝰ renes nostros
⁊ cor nostrũ domine: vt tibi casto cor
pore seruiamus ⁊ mũdo corde placeamus.
Per eundem dominum. Oratio.
Fidelium deus omniũ conditor ⁊ re-
demptor animabus famulorum fa
mularũqꝫ tuarũ remissionem cunctoꝝ tri
bue peccatoꝝ vt indulgētiam quã semper
optauerũt piis supplicationibꝰ consequan
tur. Qui viuis ⁊ regnas deus. Per oĩa se-
cula seculorum. Amen. Oratio.
Actiones nostras quesumus domie
aspirando preueni ⁊ adiuuando pro

Lempereur a fait son esdit

Que chascun croiet en iesucrist

Et mes exp'ois nulle-
mēt ne retrais. Pour
vaillãce noblesse ⁊ hault
trains, beaulte scauoir
force sens ou valeur.

Autãt le roy que lem-
pereur le attrais. Car
pour certain nul hõme
ie ne crais. quãt de mõ
dart ie frappe ꝑ fureur

sequere: Ut cūcta nostra opera a te semper incipiant: et per te cepta finiantur. Per dominum nostrum. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui vivorum dominaris simul ⁊ mortuoꝝ omniūq̄z misereris quos tuos fide ⁊ ope futuros esse p̄noscis: te suppliciter exoramꝰ ut pro quibus effundere preces decreuimꝰ quosq̄z vel presens adhuc seculum carne retinet: vel futurum iam exutos corpore suscepit: intercedentibus oībus sanctis tuis pietatis tue clementia delictorum suoꝝ veniam: et gaudia consequi mereantur eterna. Per dominum nostrum.

Oratio deuotissima pro fidelibus defunctis in cymiterio inhumatis.

Avete omnes anime fideles quarum corpora hic ⁊ ubiq̄z requiescūt in pulvere dominꝰ noster iesus christus qui vos et nos redemit suo preciosissimo sanguine dignetur vos a penis liberare: et inter choros sanctorum suorum angelorum collocare ibiq̄z nostri memores suppliciter exorate: ut vobis associemur et vobiscū in celis coronemur. V. Non intres in iudiciū cū animabus seruorum tuorum domine. R. Quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Oratio.

Domine iesu christe salus et libera-

tio fidelium animarum qui nō venisti animas perdere sed saluare: ⁊ dare animā tuā in redemptionē pro multis immensam clementiam tuam ac ineffabilem misericordiā tuam humiliter imploramus: vt animas omnium fidelium defunctoꝝ in penis purgatorii cruciatas misericorditer respicere digneris: et que iuste pro peccatis affligūtur: tua benignissima pietate liberentꝰ: subueniatqꝫ illis tua misericordia quas tuo preciosissimo sanguine redemisti: ⁊ per merita beatissime et gloriosissime sempqꝫ virginis dei genitricis marie et omnium sanctorum et sanctarum liberare eas ab inferoꝝ cruciatibus: ⁊ collocare inter animas sanctorum tuorū digneris veste quoqꝫ immortalitatis indui et paradisi amenitate confoueri iubeas. Qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amē. Pater noster. Aue maria.

Incipiunt vigilie mortuoꝝ. Ad vesperas. āñ. Placebo. Psalmus.

Par le, moyen de ces trois dures verges. De mon royaulme et chastelainies ⁊ concierges. plꝰ cruel q̄ beste leonine

Je engloutis hommes laitz, letrez, vierges. Et en leur mais fais tenir plusieurs cierges Par guerre mortalite famie

Ceulx de la cite souuēt ce sont deffendus

Gēs darmes les assaillēt ⁊ abbatēt les murs

Dilexi qm̄ exaudiet dn̄s vo
cem orationis mee. Quia
inclinauit aurē suā michi:



et in diebus meis inuocabo. Circundede
runt me dolores mortis et pericula inferni
inuenerunt me. Tribulationem ⁊ dolorẽ
inueni: ⁊ nomen domini inuocaui. O do-
mine libera animam meam misericors do
minus iustus: ⁊ de⁹ noster miseretur. Cu
stodiens paruulos dominus humiliatus
sum ⁊ liberauit me. Conuertere aĩa mea
in requiẽ tuam quia dominus benefecit ti-
bi. Quia eripuit animã meã de morte ocu
los meos: a lachrimis pedes meos a lapsu.
Placebo domino in regione viuoꝝ. Re-
quiem eternam dona eis domine: ⁊ lux per
petua luceat eis. ãn. Placebo domino in re
gione viuorum. ãn. Heu me. Psalmus.

AD dominũ cum tribularer clama-
ui: et exaudiuit me. Domine libera
animã meam a labiis iniquis et a lingua
dolosa. Quid detur tibi aut quid appona
tur tibi ad linguã dolosam. Sagitte potẽ
tis acute cũ carbonib⁹ desolatoriis. Heu
michi quia incolatus meus prolongatus
